

60 u

1269.

16

JEHOMA DIRIGENTE!
DISPUTATIO INAUGURALIS.
DE
DECRETO
INTERIMISTICO,
NOSTRIS
Interims-Mittet.
QVAM
AMPLISSIMA FACULTATE JURIDICA
CONCEDENTE,
P R Æ S I D E
EJUSDEM FACULTATIS DECANO
Dn. SAMUELE STRYKIO,
INSTIT. IMPERIAL. PROFESS. ORDINAR.
FRATRE SUO GERMANO.
PRO SUMMIS IN UTROq. JURE HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
OBTINENDIS
IPSIS IDIB. MARTII. A. O. R. M. DC. LXX
HORIS ANTE-ET POMERIDIANIS
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
FRIDERICUS STRYKIUS,
LENZENS. MARCH.
FRANCOFURTI PRÆLO FRIDRICI Eichorns.

(17)

D. A.

PRÆFATIO.

Facta non ita pridem mibi potestate à Magnifica Facultate Juridicâ, pro Gradu disputandi, illam præ aliis materiam eligendam censui, quæ tum utilitate, tum præstantiâ, benevolentiam Tuam L. B. sibi conciliaret. Cumque plurimæ utilissimæ pariter ac præstantissimæ materiæ catervatim se offerrent, tritam ac ubivis obviam recoquere nolui; Sed eam potissimum publicæ ventilationi submittere decrevi, quam in Praxi utilem, sed non ubivis tractatam adverterem. Quapropter haut deturbatum iri putavi, si occasione textuum plurimorum JUS INTERIM concessum in medium producerem. Textus enim bujus Juris mentionem facientes, collectos, multo minus uno in loco explanatos, hactenus videre nondum licuit. Sed dum prolixiorem hæc desiderare tractationem, quam vel temporis ratio indulgeret, vel Disputationis Academicæ meta permitteret, viderem, matandum fuit consilium. Ac cum JUS INTERIMISTICUM [sit venia vocabulo rem satis exprimenti] in genere consideratum triplex potissimum sit: Legale, Conventionale, ac Judiciale; Quorum hoc Judex per Decretum ex certâ causâ interim concedit; Illud partes mutuâ conventione sibi invicem largiuntur; Itud verò lex interim certis personis indulget. Ultimum saltem, Jus Interim consequen-

A 2

di, mo.

di, modum, elaborationi hanc vice feligere placuit.
Materiam ideo pro novâ venditare erubesco, quia in
judiciis maximè frequentata est. Sed dum à Do-
ctoribus sparsim ea tractata, id juris, quod in favis
apes, ego in hanc Disputatione mihi vendico, Extat
quidem Petri Rebuffi de Sententia præjudiciali &
provisionali tractatus in Commentario ad consuetu-
dines Regni Galliae, ubi hanc materiam jam tum tra-
ctasse videtur. Sed ne præceps nimis in judicando
sis L. B. collationem Tibi recommendatam habe;
qua eum in aliis parum, in aliis nihil mibi contulisse,
probatum dabit. De Provisione enim in casu alimen-
torum saltem, casus aliquot suppeditat, occasione Con-
stitutionis Gallie: In his autem ipsis quantum pro-
fuerit Te edocebit vulgare illud: Doctori sine lege
& ratione loquenti, non est credendum. Boni ita-
que consulas B. L. hanc industria, in colligenda hanc
materia ex novissimis potissimum Autoribus impen-
sam. Si non alia ratione arridet, ideo certe displace-
re nequit, quod nihil contineat, nisi quod in
ipsis rerum obtinet argumentis. Si erravi hinc inde,
quod in tantâ casuum diversitate & copiâ facile est,
humanitatis memor existes. Deum vero O. M. ut
finem & scopum ex voto consequar,
supplex adoro.

CA-



I. N. 3.

CAPUT. I.

De

Natura & Definitione Decreti Interimistici.

SUMMARIA.

- Ingressus Disputationis n. 1. Interimisticum unde descendat, &
Definitio nominalis quare premittenda n. 2. quid hoc loco significet. n. 23. 24.
Decreti derivatio & significatio n. 3. Decreti Interimistici ambiguitas.
Decreti ambiguitas n. 4. 7. 8. n. 25. & seqq.
quando Decretum Principis jus faciat Ejus Synonyma n. 28. & seqq.
n. 5. 6. Appellatur Lis Vindiciarum, n. 29.
Decretum à sententia quomodo differat n. 9. Dicitur etiam Recredentia, & quomo-
modo bac differat à pleno possesso-
rio. n. 30. 31. 32.
que differentiae non sunt perpetuae quomodo à sequestratione. n. 33.
n. 10. Quod nomen accipiat à Lusitanis &
Quare Interimisticum appelletur? n. 1. Italis n. 34. & 35.
Excusatur vocabulum à vitio novitatis n. 12. & seqq. n. 21. 22. Nova provisio quid sit? n. 36.
Decretum Interimisticum Caroli. V. Quomodo à Belgis vocetur decretum
n. 15. n. 37.
Bellum Interimisticum. n. 16. Qua ratione dicatur sententia provi-
sionalis n. 38. 39. 40.
Edictum Caroli V. an justè, an per ca- Quomodo hec differat à Decreto In-
luniam interim dictum? n. 17. terimistico. n. 41. 42. 43.
& seqq. Num sit sententia provisionalis, qua
Decreti Interimistici fundamentum in ex instrumento guarentigionato
jure Civili. n. 21. lata est? n. 44. Quomodo

Quomodo Germani appellant D. I.	Arbitr quare non possit D. I. ferre. n. 45.
Definitio Decreti Interimistici. n. 46.	De quoniam arbitro hoc intelligen- dum n. 57. & 58.
Eius genus explicatur. n. 47.	
Causa efficiens est judec <i>Summus Quousq; arbitria judicis comparata.</i> n. 48.	n. 58.
Et qui jurisdictionem habet, vel jure suo vel beneficio alieno, ut Commissarius n. 49. 51.	Quando Arbitr Interim disponere possit. n. 59. & 60.
Sive Ecclesiasticus sive secularis, modo competens ratione cause principa- lis, n. 50. 52. 53.	Differentia D. I. unde desumpta. n. 61.

1. **M**ateriam praesentem explanaturus, à re-
cepta ubivis Methodo recedere nolui, quā definitionem
rei tractandæ communiter præmittunt, ut eo facilius,
quorsum cætera omnia colliment, inde constare possit.
Quare & meæ tractationi definitionem præmissurus, eam dispesco
in nominalem & realem. Hæc realis, ut potior & præstantior, li-
2. cet priori loco tractanda arg. Nov. 15. pr. in fin. Nominalis tamen ut
prior præmittenda, quia id ē re est l. 1. ff. de R. C. & in jure maximè ob-
servandum, l. 1. pr. ff. de J. & J. Cum etiam secundum Scalig. lib. 1.
Ex. 1. Sect. 1. cognito usu vocis in perceptionem rei ipsius facilius
provehamur, vid. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 1. c. 2. n. 1. seqq. Anton.
Hering. de Fidejuss. c. 2. n. 1. & seqq. Et turpe prius determinare velle,
quā terminos explicare. Angel. conf. 110. in pr. Hinc Decretum Interimisticum quoque à suis principiis revocandum; quod ut eo faci-
tus eveniat, illud in sensu composito & divisò explicandum. In
3. hoc primo occurrit vocabulum Decretum, quod à verbō decernere
origine trahit, idem significans ac velle, statuere, jubere, adeoque
Decretum præi causa cognitione, voluntatem, iussum ac pronun-
ciationem ejus, qui Jurisdictionem habet indigitat, l. 9, §. 1. de Offic.
Precons. l. 1. de offic. Affessor. conf. l. 8. §. 17. De translat.

Non

Non tamen uno modo Decreti vocabulum in jure capit. Interdum enim significat novum jus conditum ab ipso Principe, in 4^o causa aliquâ sive interlocutoriè sive definitivè pronunciante, l. i. ff. & Const. Princip. Zæf. ad ff. d. t. n. 5. sq Hahn. ad Vvesenbec. d. t. n. 2. Modò si interlocutoriè pronunciet Princeps, mentem simul èpli- 5^o cet, an pro generali lege illud observari velit; Aliis enim non æque interlocutorium Principis Decretum, ac definitivum, jus aliquod novum in genere constituet, ac introducet, l. 3. C. de Legib. Henric. Zæf. ad tit. ff. de Legib. n. 5. Quatenus a. jus novum Decreti nomi- 6^o ne venit, potius pro effectu decreti, vox capit. quia ex Decreto Principis jus novum oritur. Interdum verò Decretum nil aliud est, quam præscripta forma gerendi negotia, l. 30. ff. de negot. gest. & administrandi publicas res, ut t. t. ff. de decret. ab ord. fac. & t. C. de Decret. Decur. Interdum ponitur pro Interdicto, l. i. pr. ff. d. tab. 8^o exhib. à quo tamen alias distinguitur vid. Dn. Struv. ad ff. Ex. 45. §. 3.

Alias Decretum solet appellari sententia, notante Godofr. ad pr. l. 81. ff. ad Sct. Trebell. A quâ tamen in specie considerata differt, 9^o (1) quia sententia continet absolutionem vel condemnationem, l. i. ff. de Re jud. l. 3. C. de sentent. non semper Decretum (2) senten- tia sine litis contestatione ferri nequit, t. t. X. ut lit. non contest. Quod secus in Decreto, gl. in l. fancimus. §. i. verb. per contumaciam. C. ad Sct. Trebell. l. i. C. ut in possif. Legat. (3.) sententia in absentem lata nullius efficaciæ, l. 47. de re jud. secus in Decreto l. 6. pr. ff. ad Sct. Trebellian. (4.) Sententia injusta transire potest in rem judica- tam, adeoque non est nulla. Vvesenbec. ad tit. ff. de re jud. n. 8. Secus in Decreto. Bart. ad l. filiusam. §. divi. n. fin. de Leg. i. Quas tamen 10^o ipsas differentias perpetuas haud judico. Si enim ipsa Decreti vox latius capiatur, sententiae communiter æquipollet; Si vero strictius accipiatur, tum præmissæ diversitates locum obtinere possunt.

Plura de Decreto, huc præcisè non spectantia lubens negli- II. gens, ad Epitheton, quod vocabulo Decreti in Disputationis rubrica adjicere placuit, dum illud *Interimisticum* dixi, progressum fa- cio. Hoc quamvis minus latinè positum videri possit, ut hinc doctiorum reprehensionem incurrire videar, quod vocabulo hoc dicto, & apud Latinos insolito materiam disputationis circumscri- pserim

- pserim. Attamen veniam mihi polliceor, dum ratione adductus
 12. hoc Epitheton elegi. Primo enim ubi de rebus solliciti sumus,
 verbis negotium quāproximē explicantibus libertius utimur, eti-
 am si latinitati non exactē convenient, præsertim si latinum vocabu-
 lum & que commodum ad rem & ejus naturam explicandam noti
 detur. Dicitur quidem ab aliis Decretum provisionale. Sed nec
 13. hoc Epitheton latinitati puriori conveniens est; nec Decreti, quod
 tractandum suscepit, naturam exhaustit ac explicat ex omni parte,
 quod inferius demonstrabo. Deinde vocabula moribus recepta;
 14. sine injurya adhiberi, modo pro latinis directō non venditentur,
 nemo negabit. Jam si mores consulamus, adque superioris Seculi
 Scriptores & tempora recurramus, ibi vocabulum hoc INTERIMISTICUM
 in omnium ore fuit.

Occasionem vocabulo suppeditavit ipse Carolus V. Imper-
 15. rator Augustus, famigeratissimum INTERIM in causa Religionis
 publicando, quod factum Augustæ Vindelicorum anno 1548. Idib.
Maji. teste Ostandro in Histor. Eccles. Cent. 16. lib. 2. c. 69. lit. g. Joh. Schleidan. de Statu Religion. lib. 20. quod Edictum Imperatorium,
 postea DECRETUM INTERIMISTICUM communiter fuit ap-
 pellatum, & hoc nomine à Scriptoribus illius seculi expressum.
Vid. Ostand. d. loc. cap. 70. in fin. & c. 71. pr. Schlusselb. in catal. heret.
 16. lib. 13. p. m. 790. & seqq. passim. Imo & bellum occasione illius De-
 creti motum, præsertim contra Magdeburgenses, Decreto illi se op-
 ponentes, BELLIUM INTERIMISTICUM dictum est, notante
 17. Burgoldens. ad Instrum. Pac. P. 1. Discursi. n. 34. Nec ab hoc Epitheto
 dimovet me Francisc. Euchard in tr. de Autonom. P. 3. c. 35. p. m. 391.
 ubi inter alia haec habet: *Dass eiliche Stände solche Kaiserliche declaration angenommen; Eiliche aber dieselbige schmählicher weise das INTERIM genannt und verworffen haben.* Ubi per calumni-
 am decretum illud Caroli V. INTERIM appellari existimat. Cum
 18. tamen calumniosum hoc vocabulum minimē sit, sed rem ipsam
 exactē exprimat. Disponebat enim eo Decreto Carolus V. quid
 Interim, dum lites in Rep. super Religione maximæ ventilabun-
 tur, donec Concilio solenni ad concordiam redigerentur dissiden-
 tes, observari deberet, Recess. Imper. Augustan. de Anno 1548. §. auf
 solch

solch unser gnädiges Ersuchen. & de Anno. 1551. §. nach dem auch wir. Et tale Decretum Hispanis JCTIS INTERIM propriè appellatur, teste Didac. Covarruv. Præf. 19. Quest. tom. 2. c. 17. pr. Johan Tannex. Parlador. Rer. Quotidian. lib. 1. c. 10. n. 14. Iacob. Menoch. recup. posseſſ. Prelud. n. 29. & rem. ult. ret. posſ. n. 5. Gail. 1. Obs. 7. n. 6. Addatur Burgoldens. ad Instrum. Pac. d. loc. Ergo nulla calumnia subfuit penes illos, qui hoc nomine Decretum Imperatorium appellarentur. Ut taceam in ipsis Imperii Recessibus, quamvis communiter Declaratio Religionis dicatur; aliquando tamen INTERIM expreſſe appellari. Recess. Imper. de Anno. 1551. §. Und wenn wir ferner. Tandem & ea ratio ad hoc me movit Epitheton; quod in omnibus ferè juris Romanī textibus, ubi tale Decretum fundatum est, vox INTERIM continetur. Sic in l. 27. §. 3. ff. de inoff. testam. placuit INTERIM propter inopiam ei alimenta DECERNI. Item in l. 7. ff. de alend. liber. ibi: alimenta liberis praestare INTERIM COMPELLENDIS. Conf. l. 7. §. 1. ff. de jur. delib. l. 20. ff. de inoffic. testam. l. 14. C. de liber. cauf. l. 3. in fin. ff. Si pars hered. petat. 2. Feud. 26. §. inter filiam. Unde si Decretum tale Intermisticum appellem, rem ipsam à Jctis in Corpore Juris hinc inde taetam, satis ex eorum mente exprimere videor. Quibus omnibus hoc ultimo suffragatur, quod licitum, facilioris explicacionis gratia 22. plane nova fingere vocabula. Jul. Pacius Isagogic. in Decretal. tit. de Treug. & Pace n. 5. Hinc non dubitavi Disputationi titulum de DECRETO INTERIMISTICO praefigere.

Vocabulum itaque INTERIMISTICUM repetit natales ab adverbio INTERIM, quod idem significat ac interea l. 7. pr. in fin. ff. de jur. deliber. Et dum medium alicujus notat, Struv. in Exercit. ad ff. Ex. 45. tb. 2. omnibus que tempore inter medio expediuntur INTERIMISTICI nomen tribuere videtur. Dum ergo Intermisticum dico, patet me non intellectum veille hominem, qui consensu suo approbavit Corolinum illud Decretum. INTERIM dictum, Interimisticum vel Interimistam superiori seculo appellari solitum; Vid. Schlusselb. loc. cit. & p. m. 702. in fin. Sed me denotare omne negotium interim dum causa principalis

- decisio adhuc exspectatur, peragendum. Hinc in sensu
 25. composito, quid significet Decretum Interimisticum, cuivis li-
 quebit. & ex definitione postmodum subjicienda ulterius pate-
 bit. Ambiguitas autem aliqua sub Decreto Interimistico latet,
 26 dum varia ejus acceptio, lata & strictior. In strictiori sensu
 significat (1) Decretum religionis tempore Caroli V. factum,
 de quo in anteced. n. 15. (2) Denotat Intedictum INTERIM Hi-
 spanorum, quod conceditur possessori, ne lite pendente turbe-
 tur. Covarruy pract. observ. tom. 2. c. 17. pr. vid. supr. n. 10. In
 27 latiori significatu, omnem pronunciationem judicis, interim,
 dum causa principalis Decisio exspectatur, factam complecti-
 tur, & sic ferē hujus loci est.
 28. Quia vero causa multiplices sunt, ubi interim, perdente
 lite principali disponere vel Decretum Interimisticum ferre po-
 test judex; Hinc pro diversitate substrata materia diversa quo-
 que Synonyma Decretum hoc nostrum fortit. Præsertim
 vero quando judicis Decretum de possessione interim obtinen-
 da, & retinenda denotat, plurima agnoscit Synonyma. Inter-
 dum Lis Vindiciarum audit. Egyin. Baro. in §. retinende Inst. de
 Interdit. Appellant autem Vindicularum litem eam, quā contro-
 versæ rei possessionem fiduciariam petim⁹ interea, dum de re ipsa
 aut de possessione disceptatur, uti ex Budœ in Pandect. ad l. fin. ff.
 30. de O. J. not at Gail. i. Obs. s. n. 4. Et hæc lis vindicularum Gal-
 lis Recredentia vel Casus Novitatis dicitur. Gail. d. loc. petr.
 Rebuffus ad Constit. Regn. Gall. tom. 3. tit. de mater. posses. art. i.
 31 gl. i. n. 9. seq. Est autem Recredentia posses. ex primo De-
 creto impetrata, diciturque Recredentia, quia res conceditur
 & committitur alicui cum cautione Paul. Christinæ in Decis.
 32. Belgic. vol. 6. Dec. 92. n. 18. Gallicè Recréance dicitur, cui opponitur
 plenum possessorium, quod vocant Maintenue. Vid. Perr. Gregor.
 Tholos. Syntagma. jur. univ. lib. 21. c. 9. n. 14. Posses. enim per Re-
 credentiam, non justa & absoluta est, sed veluti depositaria,
 quia reddendis rationibus & fructibus est obnoxia. Quæ ipsa
 quoque fiduciaria nominatur, vel sub manu Regis concessa pos-
 sessio, quasi f. le data de ea restituenda, si sententia lata fuerit
 Petr.

Petr. Gregor. Tholos. lib. 23. c. 5. n. 2. Non tamen unum idemque est Recredentia & sequestratio. Recredentia enim à judge al-^{33.}
teri litigantium partium decernitur. Sequestratio autem tertio
cuidam. l. sequester. no. ff. de V. s. Paul. Christinus. ad Confvet.
Mechlin. tit. 16. art. 50. n. 6. Lusitanis Auxilium chartæ tui-^{34.}
tivæ regalis dicitur Bernh. Graven. lib. 1. conclus. 7. n. 2. Itali
Novam vocant provisionem Petr. Frider. Mindan. de poss. c. 7. n. 6.^{35.}
Propriè autem Nova Provisio est, quoties super titulo primo,^{36.}
vel jure prætenso disputatur, & interim pendente hæc lite, illi qui
in possessione est, per novam provisionem succurritur. Petr. Gre-
gor. Tholos. lib. 17. c. 15. n. 22. Hæc enim nova provisio illi interim
tutulum dat. Flamin. Parisius de resignat. benefic. lib. 2. quest. 24. n. 3.
& lib. 7. quest. 7. n. 9. Et purgat defecetus qui in priori collatione
latuerunt. Job. VVamef. Conf. jur. Pontif. tom. 2. confsl. 457. in fin.
Belgæ Remedium provisionale id appellant. Gail. 1. Obs. 7. n. 6. Job 37.
Gædd. de Sequestr. possess. c. 1. n. 48. Carpz. in Proc Tit. 23. art. 1. n. 2. Item
vindicariam seu provisionalem condemnationem. Job. à Sande
Decis. Friscar. lib. 1. tit. 8. def. 3. in med. Solet etiam appellari^{38.}
sententia provisionalis. Magnific. Dn. Brunman. Commentar. Pan-
dect. ad l. 27. §. 3. de inoffit. test. Paul. Christin. ad Confvet. Mechlin.
tit. 1. art. 30. n. 1. Dn. Mevius. P. 3. Decis. 376. Petrus Rebuffus ad Con-
fit. Regn. Gall. tom. 1. tr. de Sentent. præjudic. seu provisional. in
proœm. n. II. Sed non alio significatu, quam quatenus ex justa,
& necessariâ causa, alicui providendum, vel certa vitæ subsidiâ^{39.}
litiganti interim assignanda; ne pereat, l. 7. ff. de lib. agnos. l. 7. §. 3.
de jur. delib. Rebuff. d. tr. in pref. n. 18. seq. Licet enim provisionis
vocabulum latissimum sit. Flam. Paris d. lib. 11. quest. 3. n. 62. Re-
buff. d. l. in prefat. n. 9. Sententia tamen provisionalis dicitur^{40.}
proprie illa, quæ pro alimentis & aliis necessariis subsidiis, pen-
dente causa principali decernendis, fertur conf. Rebuff. d. l. n. 22.
Carpzov. Jpr. Etcl. p. 1. Def. 153 n. 5. Unde patet Provisiona-^{41.}
lem sententiam à Decreto Interimistico differre, ut latius & an-
gustius. Provisionalis enim sententia spec. es Decreti Interimi-
stici est, dum per eam interim litiganti providetur, si non habeat
vel unde vivat, vel unde litem continuare possit, cujus tamē con-

tinuatio ex probabili & evidenti causa ipsi incumbebat, uti exemplum est in l. 27. §. 3. ff. de inoffic. testam.

42. Dectetum vero Interimisticum ulterius se extendit, & non saltem providet litiganti, quantum ad necessaria subsidia; sed & interim in possessione rei vel juris defendit alterum, jus retentionis concedit, administrationem indulget, & alia pendente lite commoda, uni litigantium confert. Deinde &
43. huc juxta aliquos differentia est: Quod sententia provisionalis aliam præ se requirat sententiam, arg. d. l. 27. §. 3. ibi enim, hanc decidendi rationem subesse putat Anton. Faber in Rational. ad d. L. quia pro pupillo lata sententia, ergo illi durante appellatione Decreto Provisionali prospiciendum. Hoc tamen in cæteris Decretis Interimisticis necessarium non est; uti inferius CAP. III, demonstrabo, ubi simul, quid de Fabri opinione sentiendum, subjiciam. Quamvis non negem sæpius ultra suos terminos sententiam provisionalem extendi, dum vel ratione materiae vel objecti talis dicitur; Vel etiam ratione formæ: Et hoc modo sententias ex instrumento Gvarentigionato latas, provisionales quoque dici putant, quia interim executioni mandatur, perdente adhuc lite super exceptione oppositâ, quæ tamen altioris indaginis erat. Paul. Christin. ad Confvet. Mechlin. tit. 1. art. 30. n. 1. Sed ita nimium ac præter mentem aliorum JCTorum provisionalis sententiae appellationem extendi manifestum est. Germani D. I. vocant ein Interims-Mittel/ein Interims-Beschied. vid. Besold, Thesaur. Pract. rubr. Interims-Mittel. Ita enodatis quæ ad vocabulorum explicationem faciebant, jam realem definitionem, seu potius descriptionem tradidit, *Decretum Interimisticum, est Decretum Judicis Interlocutorum, pendente lite principali vel durante impedimento aliquo, in gratiam alicuius super negotio quodam dilationem non recipiente, ex justa causa latum, interim, donec vel causa decidatur, vel impedimentum removeatur, observandum.*
- Ge-

Generis loco posui Decretum Interlocutorium; Dubium enim non est, quia uti sententia, ita & Decretum aliud definitivum aliud Interlocutorium dici possit. Quanquam communius fere Decretum pro Interlocutoria sententia capiatur; non tamen perpetuo, sed pro diversa Decreti acceptance. Decretum vero Interlocutorium vel obstaculum in processum saltem incidens removet. Qualia sunt Decreta de lite contestanda; testibus admittendis; Instrumentis edendis, & alia quamplurima: Vel alteri litigantium jus aliquod pendente lite inter im exercendum concedit, & hoc illud est Decretum, de quo mihi sermo.

Causam efficientem constituo judicem, non tantum sum 48.
mum illum, qui summam in Rep. pollet potestate, cuius proprium est officium, exercere judicium, iustitiam administrare, & agentibus praebere auxilium, c. 23. cauf. 23. quaest. 5. quia communis omnium sollicitudo a DEO ei injuncta. Nov. 133. in pr. & sic quoque interim decernere necesse habet, ut laesio omnis & iustitia suspendatur, ut loquitur Nov. 134. c. 2. vers. quemadmodum. Sed omnem illum, qui Idictionem habet; SIVE jure suo, ut magistratus quilibet, qui praeterea etiam Decretum Interimisticum 49 condit, arg. l. s. pr. & §. 1. ff. dejur. delib. dum non provide saltem circumspicere ac cavere debet, ne quis damnum sentiat, l. 6. pr. ff. de Officio. Pres. ibi, ubi actio competit; sed etiam ubi haec deficit, ex Officio; vid. Rebuff. d. tr. in prefat. n. 6 Modo sit Com 50 petens, & ad eum spectet negotii principalis decisio, quia tum etiam super connexo & accessorio, cuius cum principali idem judicium, pronunciat, l. 22. §. 1. ad L. Aquil. l. 43. ff. de R. V. vid. h. cap. n. seq. SIVE beneficio alieno Idictionem habeat, quæ mandata dici solet, & eam obtinens Delegatus, hodie Commissarius, 51 nam & hi Decretum Interimisticum promulgare possunt. Ut ut enim commissio sit stricti juris, & tenor ejus diligenter inspiciendus, c. 15. X. de Offic. deleg. Gail. 1. Obs. 35. n. 2. Quia tamen D. I. super contraxis quodammodo profertur, & articuli controversi expeditionem necessitas suadet, potestas de hoc pronunciandi Commissario non deneganda, arg. l. 2. ff. de Idict. conf. Gail. d.

52. d. Obs. n. 3. seqq. Et hinc in genere dico : Omnem judicem, qui ratione causa Principalis Competens est, illum etiam competentem esse respectu juris ad interim concedendi : Sive ille iudex Secularis sit ; Sive Ecclesiasticus. Lite enim coram Consistorio pendente super remotione Clerici, Consistorium ei alimenta interim assignat. Sic si de matrimonio lis, Consistorium itidem alimenta, vel uxori vel filio ex ea suscepso adjudicat. Sed ubi coram Civili judge causa principalis vertitur, ille quoque interim Decretum ferre poterit. De Arbitro queritur quid dicendum ? Et videtur quod D. I. ferre nequeat, cum omnes ferre causae, quae id desiderant, arbitrium respuant, conf. Dn. Struv. ad ff. Ex. 8. tb. 100. Er arbiter caret Idictione, quia privatorum conventio illum saltem constituit, quae Idictionem dare non valet, 53. eam non habenti, per L. privatorum, 3. C. de Idict. Dum Itaque nulla vis cogendi in arbitro, sed ejus Laudum, privatorum tacitus vel expressus consensus approbet, & consensu deficiente tantum ad pœnam agatur. Nov. 82. c. ii § 1. Zæf. ad ff. de recept. arbitr. n. 28. ac privatorum conventio tantum causæ decisionem ei committere censeatur, non videtur interim decernere posse. Modo per Arbitrum non intelligatur judex, qui cognoscit & arbitratur in actionibus bon. fid. & arbitrariis, § 30. & seq. Inst. de Action. & hinc Arbiter dicitur, l. 24. verb. officium arbitrii. ff. Depos. l. 2. C. de inoffic. donat. Struv. ad ff. Exerc. 8. tb. 96. Et quamvis alii 54. as arbitria ad similitudinem judiciorum redacta, per l. i. ff. de recept. arbitr. & l. rem non novam 14. § 1. C. de judic. Hæc tamen comparatio non extendenda ad potestatem Arbitri, quasi hæc cum potestate judicis eadem facta sit, nam in vi & affectu judicia ab arbitriis differunt utique. Dn. Brunneman. ad l. privatorum 3. C. de Jdict.
55. Ne tamen omnino Arbitris D. I. publicandi potestatem, adimam, hanc regulam subjicio : Quotiescumque causa transactionem admittit, toties in illa causa volentibus partibus Arbitrus interim pronunciare potest. Dubium siquidem non est, quin tali casu expresse in Arbitrum compromitti possit, ut & de puncto incidenti interim judicet, vel alterutri litigantium Interim pro-

provideat. Besold. Thesaur. pract. sub rubr. Interims-Mittel vers.
non dubium. Cujus regular hæc ratio est, quia Compromissa sunt 60
quasi Transactiones. Augustin. Beroius Vol. 3. cons. 30. n. 19. Jacob.
Menoch. cons. 387 n. 2. Si itaque transactionem causa non admit-
tat, nec interim Decretum ferre Arbitr poterit.

Differentia Decreti Interimisticici desumpta est. (1) à tem-
pore quando tale Decretum ferendum, scilicet pendente lite 61.
principali. Quotiescumque enim lis principalis facile decidi po-
test, Decretum Interimisticum minimè interponendum. Job. IV a-
mes. Cent. 4. cons. 10. n. 24. qua de pluribus in CAP. III. dicen-
dum. (2) Ab objecto seu in quibus causis, scilicet quæ moram
non patientur facili, vid. CAP. II. (3) A formâ, scilicet ex justa
causa, prævia causæ cognitione tale Decretum ferendum, de quo
in CAP. III. (4) Ab Effectu, quod hoc Decretum pendente lite
principali vel durante impedimento vires saltem habeat, de quo
in CAP. IV. agendum. Quæ omnia uti ex subsequentibus
clariora extitura sunt, ita eorum explicationem ad capita se-
quentia differimus.

C A P. II.

De

Causis, in quibus Decretum Interimisticum locum habet.

SUMMARIA.

Pendente lite nihil innovandum Decret. Int. in causis Ecclesiasticis &
n. 1. secularibus obtinet. n. 3.
Quod limitationes recipit. n. 2. | Unitas Religionis optanda. n. 4.

Eag₂

- Baqz utilis est Reipubl. n. 5. Sed quid si Clericus ab officio suspen-
 An Princeps interim in Religionis jus ? n. 28. 29.
 Controversia decretum ferre pos- Si à sententia suspensionis appella-
 sit. n. 6. tum, non nocet suspensio, n. 30. 31.
 Ordinatio Sacrorum ad Principem Ad removendum scandalum ab Ec-
 spectat. n. 7. clesia Decret. I. interponi sepe so-
 Occasio praesentis Controversion. n. 8. let. n. 32.
 Historia Decreti Interimistici à Ca- Quod fieri potest suspendendo inte-
 rolo V. condic n. 9. & 10. rim ab officio n. 33. & 34.
 Ejus effectus n. 11. & 12. Suspensio ab officio ex quibus cau-
 Quid de eo sentiendum. n. 13. sis fieri possit ? n. 35. seqq.
 Cultus divinus quatenus sub disposi- Pastore ab officio suspensi, quomodo
 tione Principis. n. 14. interim Ecclesie providendum,
 Utilitas Reipubl. quomodo per Reli- n. 38. seq.
 gionem promoveatur ? n. 15. Durante anno Gratiae vicini interim
 Princeps si ad concordiam deducere Ecclesiam curare debent. n. 40.
 dissidentes non statim possit, inter- An vicini ad id cogi possint n. 41. 42.
 rim decernere potest. n. 16. An Salarium Pastor interim curam
 Quod exemplius vel circumstantius Ecclesie gerens petere possit n. 43.
 declaratur n. 17. 18. Quid de impensis n. 45.
 Judicium Dn. Conringij subjicitur. Si Pastor emeritus, interim provi-
 n. 19. dendum Ecclesie per substitutum
 Clerici qui sint, & quales eorum n. 46.
 causa n. 20. Quod an justum sit, duquiritur,
 Monacho cum Abbe suo litiganti, n. 47. seqq.
 de alimentis providendum n. 21. Emerito Pastori interim quamdiu
 Ut & de litis expensis. n. 22. vixit provisio decernenda. n. 50.
 Idem in Clerico paupere. n. 23. & 51.
 An Monacho Prelatum accusanti Jus Patronatus cui competit. n. 52.
 providendum n. 24. Si Patrono de jure Patronatus con-
 An monachus sine venia cum Prelato troversia moveatur, an presenta-
 vel Abbe litigare possit ? n. 25. tus interim admittendus ? n. 53.
 Venie imperatio hodie non est ne- Altus ultimus in jure Patronatus at-
 cessaria. n. 26. tendendus. n. 54. 55.
 Monacho accusato vel inquisito et
 iam providendum n. 27.

Si

- Si duo Patroni disceptent, vel uterque aliquem presentet, quis interim constituendus Pastor. n. 56. seq. Quid si indignus presentatus? n. 59. Progressus ad causas seculares. n. 60. Actio prejudicialis quae sit. n. 61. seq. Materia Servitutis an hodie obtinetur? n. 64. Nobili cum Rustico litigante, an hic interim ad operas teneatur? n. 65. Nobilis si cum uxore rustici super servitium litiget, an sufficiat probare quod possessionem respectu mariti. n. 67. Si super quantitate Servitiorum ligetur, qualia interim decernere possit judex? n. 68. seq. An Nobili exigente servitias, judex interim Rustico decernere possit alimenta. n. 70. Quid de expensis litii. n. 71. 72. In causa Filiationis Decret. Int. obtinet. n. 73. 74. Filio naturali & legitimo durante lite interim providendum. n. 75. Etiam si sit emancipatus. n. 76. Etiam si quoque ulteriori gradu sit. n. 77. Extenditur hoc ad Legitimatos. n. 78. Adoptivum an providendum. n. 79. Quid in arrogatis. n. 80. & 81. Quid in liberis per unionem prolium quiescere. n. 82. Unionis prolium requisita. n. 83. An Spurius quoque Decret. Int. providendum, n. 84. 85. An ex stupratoris fugitivi boni? n. 85. 1. An à patre stupratoris etiam alieni? n. 85. 2. Filiatio quomodo probetur remissive. n. 86. Provisio denegatur, si liberi ingratii, n. 87. non vero si minus obsequentes n. 88. Parentibus utriusque sexus providendum, n. 89. 90. Cur matre provideatur n. 91. An si ad secundas nuptias transerit, n. 92. A quibus literis sustentanda. n. 93. An ab adoptivu. n. 94. Adoptivi liberi Patri provide debent. n. 95. Liberi per unionem prolium tales effecti parentes sustentare interim debent. n. 96. Parentibus ingratii interim provisio non conceditur. n. 97. Provisio locum habet etiam inter conjuges. n. 98. Quomodo ad consummationem matrimonii cogantur desponsati. n. 99. seqv. Conjuges quomodo ad coabitandum compelli possint. n. 101. An Maritus negans uxorem suam esse interim ad alimenta compelli possit. n. 102. seqq.

C

An

- An marito contra uxorem providen-
dum? r. 105 seqq.
Matrimonium an mutuo consensu
dissolvatur. n. 107.
Facta Separatione quo ad thorum &
mensam uxori interim providen-
dum. n. 108.
quod limitatur. n. 109. seqq.
Quomodo uxori contra sevitiam
providendum. n. 113.
An uxori ob verbera providendum.
n. 114. seq.
Desertæ interdum secunda vota per-
mittuntur. n. 116.
Marito reverso repetente uxorem
quid interim decernendum?
n. 117. & seqq.
Maritus uxorem adulterii accusans
ei providere tenetur. n. 120. seq.
An Collateralibus per Decr. Int. suc-
curratur? n. 122 seqq.
Pupillo judex proficere debet. n. 126.
Casus quibus pupillo tutor vel cura-
tor dandus. n. 127.
Quando & quomodo actor Interim
confiruendus. n. 132. & seqq.
Tutori suspecto administratio in-
terdicenda. & an hoc ipso jure
fiat. n. 136. & seq.
Pupillo de alimentis proficiendum.
n. 139.
quo casu aliquando D. I. opus est,
n. 140.
Pupillus tutorum convenienti, an illi
providendum, de alimentis &
- Administrator de delicto conventus
Interim ab officio suspendendus,
& quando. n. 143. seq.
Num interim alendus. n. 145. seq.
Iudex super bonis tam in universalibus
quam particularibus Interim di-
ffonit. n. 147.
Quomodo hereditate? n. 148.
Si dubitetur de morte testatoris
agnati Interim administrationem
consequuntur. n. 149.
Modo idonee caverint. n. 150.
Si de morte constet scripti in testa-
mento heredes in possessionem
mittuntur. n. 151.
modo vitio visibili non laboret. n. 152.
Et rejiciuntur exceptiones ab adver-
sario opposite. n. 153.
Si scilicet in continentia probari ne-
queant. n. 154.
Si Contradictor jam sit in possessio-
ne, & super viribus testamenti
lis contestata, heres scriptus im-
mitti nequit. n. 155.
Qui sit legitimus Contradictor, re-
missive. n. 156.
Immissio Interim Decerni potest ex
quotlibet testamento, etiam im-
perfecto. n. 157.
Etiam Nuncupativo. n. 158.
Si duo testamento proferantur &
non constet quodnam prius, ex
neutro immissio conceditur.
n. 159.

Quod

- Quod limitatur. n. 60. seqq.
Testamenti apertura promovenda,
etiam posthabita appellatione,
n. 193. seq.
- Ne injuste quis occupet heredita-
tem, iudex eam sequestrare pot-
est. n. 164. seq.
- Sequestratio locum habet si alter
jam possideat, modo illegitimo.
n. 166.
- Non vero si legitimè; & nullus me-
rus dilapidationis subsit. n. 167. seq.
- Liberi semper defendendi in posseſſio-
ne. n. 169.
- Si intestatus quis mortuus, iudex de
administratione interim decer-
nit, dum de proximitate contro-
vertitur, n. 170.
- Si bona vident ea sequestranda.
n. 171.
- Hujus sequestrijus & officium. n. 172.
- Si filio controversia moveatur de
hereditate patris, Interim alen-
dus. n. 173.
- Sive in prima sive in secunda insan-
tia n. 174.
- Qualicunq; etiam filius sit. n. 175.
- Etiā tempore quo deliberat alen-
dus. n. 176.
- Et quo pendet conditio potestativa
sine ipsius culpa. n. 177.
- Modo hereditati non sit renuncia-
tum. n. 178.
- Judex de alimentis providere debet
nondum natus. n. 179.
- Tertiam hereditatis partem vivo
assignabit interim. n. 180.
- Mulier gravida in feudo Interim
manet. n. 181.
- Si parentibus de hereditate libero-
rum controversia moveatur, In-
terim alendi sine distinctione Se-
cūs. n. 182. seq.
- Exactio debitorum interim permit-
tenda possessori. n. 184.
- Sed pecunia in judicio deponenda.
n. 185.
- Etiā legatarii Interim providen-
dum. n. 186.
- Si ultima voluntas subsistat, quibus
mediis heres compellatur ad satis-
faciendum legatarii. n. 187. seq.
- Vidua post mortem mariti dotem re-
petitura, si in possessione est, in cā
interim defendenda. n. 190. sq.
- Si non est in possessione, interim a-
lenda à possessoribus. n. 192.
- Alenda etiam illo tempore, quo dos
ad hoc penes heredes manet. n. 193.
- Et quo, hereditas nondum adita.
n. 194.
- Et quo, cum ipso marito super resti-
tutione dotis litigat. n. 195.
- Etiā si dos saltem confessata, &
non soluta. n. 196.
- quantum ad maritum non ad alios
crediteores. n. 197.
- In Concursu Creditorum interim ju-
dex quoque disponit. n. 198.

- Jus retentionis illū tribuendo quibus Quod limitatur. n. 217. seq.*
competit, n. 199.
quod tamen administrationem non
infert, nisi cautio quođ accedat.
n. 200. seq.
- Si vero simul heredes facti, admini-*
strationem quoque habent. n. 202.
nisi hereditati renuncient. n. 203.
- Qui est in administratione, sumptus*
processus concursus prestat. n. 204.
Miseris personis si quid debeatur, in-
terim usura solvenda. n. 205.
- Judex & major pars Creditorum*
vendere possunt bona concursus.
n. 206.
- Pretium asservat ī, quem judex ex*
majoris partis creditorum consen-
su eligit. n. 207.
- Beneficium competentiae qui habent,*
illū interim adjudicandum ex
quo vivant. n. 208. seq.
- Quinam illud habeant revissive.*
n. 210.
- Respectu quarum personarum com-*
petat. n. 211.
- Militibus, Doctoribus, Advocatis re-*
spectu omnium competit. n. 212.
- Pro sublevanda necessitate ne ege-*
ant, saltem alimenta relinquun-
tur. n. 213.
- Cetera pendente concursu deciden-*
da, remissive. n. 214.
- Judex etiam super re particulari*
interim disponere potest. n. 215.
- Nemo adversario sumptus litis sub-*
ministrare tenetur. n. 216.
- Etiam inopi vasallo alimenta pre-*
benda, si contra Dominum liti-
get. n. 219.
- Etiam si bona singularia nunquam*
possederit inops actor. n. 220.
- Etiam si agat contra fiscum, n. 221.*
- Sive reali sive personali actione.*
n. 222.
- Etiam si locupletes consanguineos*
habeant. n. 223.
- Alimenta & sumptus litis non sunt*
sejungenda. n. 224.
- Quando hæc provisio locum habeat.*
n. 225.
- Ex bonis arrestatis debitori fit pro-*
visio de alimentis & litis impen-
sis. n. 226.
- quod limitatur. n. 227.*
- Ex bonis sequestratis fit interdum*
provisio. n. 228.
- Debitori arrestato providendum à*
Creditore, sed parce admodum.
n. 229. seq.
- Pauperi interdum à Fisco sumptus*
litis suppeditantur. n. 230.
- De paupertate constare debet &*
quomodo. n. 232. & 234.
- Pauperi Advocati assignatur. n. 233:*
- In Criminalibus etiam judex vul-*
ner antem vulnerato interim con-
demnat, ad provisionem. n. 235.
- Hec provisio etiam ad eos extendi-*
tur, quos alere debebat vulnera-
tus. n. 236.

Eodem

<i>Eodem modo tenetur Dominus, si si controversia sit cum Collegio, inter-</i>	<i>quadrupes aliquem lēdat. n. 237.</i>	<i>Si controversia sit cum Collegio, inter-</i>
<i>Limitantur dicta, si vulneratus sit di-</i>	<i>rim pro eo decidendum. n. 244.</i>	<i>INTERIM Hispanorum subjungi-</i>
<i>ves. n. 238.</i>	<i>tur. n. 245.</i>	<i>tur. n. 245.</i>
<i>Super jure quoque iudex interim de-</i>	<i>Ejus origo. n. 246. processus n. 247.</i>	
<i>cernit, & iudictionem ei assignat</i>	<i>seq. & effectus. n. 249. seq.</i>	
<i>qui est in quasi possessione. n. 239.</i>	<i>Hoc Interim etiam apud nos in usu</i>	
<i>Quomodo quasi haec possessio probetur</i>	<i>dum observatur possessorum Sum-</i>	
<i>n. 240.</i>	<i>mariissimum. n. 251.</i>	
<i>An actus unius iudictionis extendatur</i>	<i>An Possessor. Summarium fundatum in</i>	
<i>ad actum alterius iudictionis. n. 241.</i>	<i>jure Civ. n. 252.</i>	
<i>Filia que jure retentionis in bonis est</i>	<i>Mandatum de Manutenendo</i>	
<i>interim exercet iudictionem. n. 242.</i>	<i>remissive traditur. n. 253.</i>	
<i>Sinemo est in possessione iudictionis ea</i>	<i>JURIS FIRMA explicatur. n. 254.</i>	
<i>vel suspendenda, vel per Superiori-</i>	<i>De Inhibitionibus in Saxonia, re-</i>	
<i>rem exercenda. n. 243.</i>	<i>missive. n. 255.</i>	

Generalis quidem videtur regula, quod 1.
iudex pendente lite innovare quid, vel statuere nullo
possit modo, pert. t. X. ut lite pend. nihil. innov. Sed quæ 2.
zeque ac aliae, suas agnoscere debet limitationes, aliæ iudex ju-
sticiam exequendo injustus multis audiri posset modis. Hinc
sedulò cavendum judici, ne favorem causæ, quod concernit, in-
terea negligat; quod moram non patitur indecum relinquat;
& in genere causæ necessitas, quod exigit, sprevisse videatur.
Ideoque dum in his per modum prövisionis ut loquuntur, multa 3.
concedere tenetur iudex, quatenus D. I. locum inveniat, tradi-
turus, secularibus causis, præpono ut digniores causas Eccle-
siasticas.

Ipsam Religionem quantum concernit, maxima quidem
felicitatis humanæ pars esset, si, prout unus Dominus, fides & 4.
Baptismus, Ephes. 4. v. 5. & una ad æternam vitam via, Ad. 15.
v. 11. sq. unica saltem daretur Religio, quæ unus verus Deus
una lege & cultu coleretur. Ast in extremâ hæc mundi senectâ,
ubi si olim unquam, nunc certè verum evadit: Oportet esse herejes

- & schismata, dum quilibet ferè proprium ex suo cerebro Deum,,
& circa eum colendum singularem fingit cultum; Unitatem re-
ligionum omnium sperare, & que frustaneum, ac convenientiam
 5. inter lupum & ovem. Cum autem optimum Reip. fulcrum sit,
unionis in religione consensus: & nil tam distrahat animos Ci-
vium, quam Religionum diversitas, quę lēpē tantas eundo vi-
 6. res acquirit, ut publicum Reip. vinculum, si non rumpat peni-
tus, turbet tamen quād maximē: Ac Principi incumbat,
omni eo laborare ope, ne Societas Civilis detrimentum sentiat,
videndum quid Interim in Religionis controversia Principis pos-
 7. sit Decretum? Certum equidem est principem potestate ~~ægylætovinū~~
Sacra ordinare posse; Dei enim Vicarius est. Hinc reverentiam
Summo Numini exhibendam, cura quantum potest maxima,
subditorum animis inserviare, veri cultus conservatione obstri-
ctus est, necessitate officii æquē, ac Superioritatis jure ad id im-
pulsus; quatenus Sacrorum ordinatio actio est publica, quę à
solo Superiore producitur, Job. Frid. Hornius de Civitat. lib. 2. c. 5.
 8. n. 3. Baldwin. in Casib. Conscient. lib. 2. cap. 6. cas 3. Ant tamen si in-
ter Cives diversę religiones vigeant, & concordia de facili spera-
ri non possit, princeps interim quicquam decernere possit, magis
dubium. Quæstionem ipsam non attigissem, nisi id jussisset in-
scriptionis identitas, quam h. bet Disputatio, & ex diversorum
Autorum sententia Decretum illud à Carolo V. in causa Reli-
gionis observandum, Anno 1548. Id. Maji Augustæ Vindelico-
rum publicatum, de cuius appellatione, capite preced. n. 19 seqq.
dictum. Cujus Originem bréviter indicasse sufficerit.
 9. Carolinum autem illud Interim natales suos debet tempo-
ribus, quo purioris Evangelii lucerna, à Papa & Cuculligerorum
ordine obfuscata & tenebris involuta, iterum protracta, per
Theandrum illum Martinum Lutherum anno 1517. Cumque Re-
ligionis reformandæ studium sat plausibile Illustres personæ
haud paucas numero, in Lutheri partes traxisset, atque hinc non
exigu momenti turbas inter has & papicolas exortæ. Schmal-
 10. caldicum sedus Anno 1530. initum, quod ipsum motus Schmal-
caldici belli secuti. Quibus & aliis in futurum ex Religio-

nis dissidio metuendis, remedia adhibiturus, Carolus V. *Interimisticum librum* ut c. i. n. 19. & seqq. dictum, eo ut irque religioni addictis, prospecturus, consulturusve promulgat. Cujus compilatores fuissent *Julius Phlugius Episcopus Numburgensis*, *Michael Sedonius* & *Johannes Islebius agricola teste Joh. Schleidan.* de Stat. relig. lib. 20. Freiberg. German. perturbat. & restaurat. P. 2. Disc. 3. Sed sequiori ac feliori, quam speraverat even-
tu. Licet enim banno executionem sui Decreti, contra nonnul-
los minorum Gentium ut Magdeburgenses, Constantienses &
Bremenses perageret; Et Procerissimorum in aula Cæsarea non-
nemo, Granvillianus, publicè ediceret, igne posse cogi, qui per
libellum dictum cogi nollent; Nihil aliud tamen effecit, quam
ut paucis timentibus magis quam volentibus, librum illum ob-
trudere quiverit: Aliis in diversum abeuntibus, Protestantibus
pariter, ac Papicolis; prout scripta tum emissa, & commune
omnium de Schmalcaldico fædere & libro *Interim* proverbium
docet:

Glückselig ist der Mann/ Der allein bleiben kan.

Und willigt nicht ins *Interim*, den es hat einen schalck hinter ihm.
Adeo ludibrio expositum fuit hoc Caroli V. Decretum, ut à 12.
Protestantibus quibusdam non tantum; Sed & ipso Pontifice
male ea propter audiret Imperator. Plata de hoc ipso nego-
tio & quæstione, qui scire avet, adeat Schleidan. d. lib. 20 Freiberg.
in German. perturbat. & restaur. Part. 2. Discurs. 3. Osand. Histor. Eccles.
Cent. 16 lib. 2. c 68 seqq Burgoldens ad Instrum.. Pac. P. I. Disc. 1. n. 9.
& seqq. Schlossburg. in Catal. heret. lib. 12. per tot. præcipue pag. m.
567. seqq Conferatur Baldwin. in Casib. Conscient. lib. 2. c 6. Casib. sq.
Reinking. Biblisch. Polic. lib. 1 axiom 12. & seqq.

Sed dum rem omnem ex agentis intentione dijudicandam 13.
censeo, laudandam Imperatoris existimo mentem, quod navi
Reip. Romano-Germanicæ, tunc nimium quantum ob Sacram
religionis anchoram motam, fluctuant, hæc ratione suppetias
ferre animum induxerit. An vero puncta, illo in Decreto talia
fuerint, quibus commode subscriberent utriusque religionis
Sequaces, quoniam id nec Protestantes omnes, nec etiam Pon-
tificii

tificii certò asserere fuere ausi, ut supra dictum, decidendum, comitato Theologis, & hanc litem superiori Seculo bello Interimistico contra Magdeburgenses vindicatam, atque pro & contra, ut ajunt, literis sanguine rutilantibus defensam, meam facere supersedeo.

14. Ne tamen quid in causa Religionis aliis in genere sustinendum de Decreto Interimistico, omnino omittam, hæc paucis subjicere lubuit. Principem videlicet, ex cura Sacrorum ipsi incumbente, omnino Custodem utriusque tabulæ esse debere: Nec tantum, quæ salutem civium inter se spectant attendere, sed etiam quo pacto erga Deum se gerere debeant Subditæ providere tenetur. Cultus vero ipse Divinus, vel intrinsecus consideratur, ac ita sub Principis dispositione ac potestate minime est: Vel extrinsecus, hoc modo utique Principi incumbit, ne in iis, quæ religionem & externum Dei cultum concernunt, Resp. quid detrimenti capiat. Dn. Conring. disp. de Concil. & circ. ea Sum. potest. autor. conclus. 8. in fin. Henning. Arniseus, lib. 2. de jurib. majest. c. 3.
15. Utique enim Princeps ex naturali etiam ratione beatitudinem civilem suæ Reip. attendere deberet. Hæc autem sine Religione; sine vero Dei cultu obtineri revera nequit, quod etiam Gentiles animadverterunt, unde Religionem vel Numinis cultum sèpius pro fundamento Reip. posuerunt. Hinc Platonis religio, propugnaculum potestatis, legum & honestæ disciplinæ vinculum; Ciceronis vero humanae societatis fundamentum dicitur. Et hic insignis effectus ex vi propria religionis oritur, quæ ejusmodi est: ut homines placidos, obsequiosos, amantes Patriæ, juris & æqui observatores efficiat. Hug. Grot. de Imper. Summar. potest. circ. Sacra c. 1. circ. fin. Pro conservando ergo vero Dei cultu utique sollicitus esse debebit, quod prolixè deducit, Dn. Conring. Disput. de Majestat. Civ. autor. & offic. circ. Sacr. th. 6o. & seqq.
16. Si itaque diversæ Religiones in Rep. vigeant, ex quibus animorum exacerbationes, simultates, rixæ, & multa alia inter Subditos mala oriuntur, & metuenda totius vinculi civilis ruptura quis negaret hic Principem justè intervenire? Vel quis non peccare Principem, si ad hæc ipsa taceret, assereret? Unico vero actu,

actu, si ad concordiam reducere non valeat dissidentes, recte certe fecerit, si Decreto I. Reip. sue interea promoteat salutem. Hinc si severissimo Decreto jubeat utramque partem, ne injuriis & contumeliosis verbis se invicem laceant; Ne per calumniam sibi opiniones affingant; Ne controversias illicito tractent ardore & vehementia, nemo dubitabit, hac ratione tumultus subditorum sedari, & animos eorum ob insignem utriusque partis vehementiam, quam maximè ab alienatos, interum in concordiam redigi ac amorem. Quo spectat D. I. de mutua tolerantia Civili seu Politica illorum, qui diversè religionis sunt. Dum enim in eadem Rep. vivendum, pacifice utique præcautâ ansâ seditionum vivendum est. Quod vix obtinebit Princeps, si Civem civis odio prosequatur: Si rixis, calumniis, contumeliis perpetuis invicem se pertant. Econtra facilius mutuam illam tolerantiam obtinebit, si ut in Theologicis litibus Theologicè, id est, piè, modestè, mansuetè procedatur, operam dederit Princeps. Et si subditos proprio motu tales ac decebat, se non gerere advertat, interim Decreto publico eos ad id compellat. Et hæc intentio fuit Marciani Imp. in L. Nemo. 4. C. de Summ. Trinit. ubi turbuletas disputationes Theologicas, ne tumultus & perfidia occasio detur, severè prohibuit, qua de re vide *enarratio Magnif. Dn. Brunneman. in Comment. ad d. L. 4.* Hoc casu enim, cum nullum imponatur vinculum, præsuppono enim necessitatem credendi subditis non obtrudi, sed circa externum cultum & politicam tolerantiam saltem disponi, quis ex justo incusabit Principem, vel non laudabit potius? Conf. Hug. Grot. d. tr. de Imper. summ. potest. circ. Sacr. c. 8. p. m. 198. ubi exempla habet Decretorum ab Imp. latorum, quibus injunctum ut interim vel ad certum tempus phrasibus novis Theologi abstineant: Vel controversiarum tractationibus missis; illa quæ ad pietatem & morum, emendationem pertinent, diligenter auditoribus inculcent, ita enim nemini præjudicium contingit & cives facilis ad concordiam rediguntur. Addam hæc super re judicium celeberrimi Dn. Conring. ex jure Div. & Nat. deductum in Disp. De Majest. Civ. autor. & offic. circ. Sacr. th. CXI. ubi inter alia verbis conce-

ptis hæc profert: Primo ergo omnino Principi convenit non pernittere, ut seditiones ac turbulentæ quod verum est vel oppugnetur, vel defendatur. Quod non licet ita oppugnare veritatem, nulla indiget probatione. Non licere autem defendere patet inde, quod animi moderatio, mansuetudo, modestia, ab ipso etiam Christo & Apostolis ejus, severè sit, cum omnibus Christianis, tum in primis eis, qui docent doctrinam Evangelii demandata. Servum Domini (ait Paulus) non oportet pugnare, sed mansuetum esse erga armes, aptum ad docendum, tolerantem malos, cum lenitate erudiantem eos, qui contrario animo sunt affectis, experturus num aliquando Deus eis sit datus resipiscerent ad agnitonem veritatis ejus. Exigit vero eam modestiam & ipsa natura: neque enim temerè fiet, ut aliquem erudias, & in viam reducas, nisi adhibita illi mansuetudine. Optimus magister lenis est oratio, firmis argumentis suffulta. Plurimos segreges ad Catholicam Ecclesiam à se redactos gloriatur Nazianzenus, tantum quod cum lenitate docuisse. Si ergo juri divino naturæque adversatur omnis contentio & turbulentæ docendi ratio: Ex adverso summè est in publicum utilis, modesta ac lenis doctrina; manifestum utique est, à Majestate Civili omnem illam sævam rationem, non tantum oppugrandi, sed & defendendi veram catholicam fidem, prohibendam ac graviter puniendam esse: Multò magis vero punienda fuerint, omnes tribunitiae ad populum declamationes illorum, penes quos est *η δημόσια* specie tuenda veritatis institutæ, utpote quæ tumultus & seditiones causantur. *Hec ille,*

20 His de ipso culto Divino præmissis, jam rectâ subjungo Clericos, qui definiuntur l. 2. c. *Theod. de Episcop. & Cleric.* personæ quæ divino cultui ministeria Religionis impendunt. Cumque in Ecclesia Christi deserviant, eorum causas quatenus personam concernunt piis annumerò, quæ celerem requirunt expeditionem, adeo ut judex modis omnibus præcavere debeat, ne remoram patientur. Unde DD. communiter consentiunt, causas Ecclesiæ & Clericorum summarias esse Dn. Brunnen, *in Proc. Civ. c. i. n. 22. Zanger. de Except. P. I. c. I. §. 60. n. 28.* partim quidem favore cause, si illa Ecclesiastica sit; Partim favore personæ: Misera-

Miserabilibus enim merito Clerici annumerandi, Menoch. lib. 2.
 A. J. Q. cas. 66. n. 19. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 257. n. 1. Si ergo Monachus agat accusando suum Abbatem, per provisionem 21.
 illi interim alimenta assignanda; Odium enim Abbatis ex accusatione ortum, non permetteret alimenta Monacho, nisi assignata. Quare a Praelato adjudicanda una cum expensis in litigem impendendis, ut traditur in c. 11. X. de Accusat. ut accusacionem eo melius prosequi possit, & habere, unde vitam interim sustentet; Aliunde enim, qui nil proprium habent, sunt alendi. Vid. Panormit. in c. 11. Afflict. Decis. 10. n. 2. si modo justa presumptio pro Monacho militet Menoch. de presumt. lib. 1. Q. 35. n. 21. Idem dicendum de Clerico paupere, si agat pro utilitate Ecclesie: Nam & huic interim providendum, ut eo melius Ecclesie commoda procuret, nec sentiat dispendium; unde merebatur praeium. c. 2. X. de fidejuss. Petr. Rebuff. de sent. prejud. in prefat. n. 109. Suradus, de Alim. tit. 1. quæst. 75. & 121.

Sed an hoc etiam locum habet in Monacho accusante²⁴. Praelatum? Affirmandum duco. Licet enim subditi non facilè admittantur ad accusationem Praelati, quia non tam Justitiae Zelo, quam impietatis livore, & odii fomite prorumpere dicuntur c. 21. caus. 2. quæst. 7. Et non decet majores subjectos esse accusationi minorum c. 2. sq. caus. 2. quæst. 2. Zœf. ad Decret. de Accusat. n. 2. Monachis tamen non videtur deneganda accusatio arg. c. 5. caus. 2. quæst. 7. Panormitan. ad c. 11. X. de accusat. Zœf. d. loc. quia hi justitiae Zelo moveri censentur; Et in hoc non veniunt contra obedientiam; Quia in licitis tenentur obedire, non vero illum tolerare, si malus est, sed potius monasterii promovere interesse, quod in eo consistit, ne pro Pastore lupum habeat. Menoch. de presumpt. lib. 1. Q. 35. n. 21. Verum hic obiter occurrit²⁵, dubium resolvendum: An illum sine veniam accusare possint? Et respondeo quod non: arg. l. 4. §. 1. ff. de in jus vocand. quia obedientiam & reverentiam tenentur præstare Praelato & Abbat, Panormitan. cit. loc. Cujus sententiam, putantis, necesse esse ut petatur, licet non obtineatur eō extendeo, ut eo ipso dum citatio postea decernitur, & veniam concessa videatur. Conf. Zœf. ad ff. 26. de in jus voc. n. 4. Sicut etiam hodie veniam impletatio

solemnis amplius necessaria haud est, sed semper data vel impetrata citatione, veniam quoque dedisse judex videtur, *Carpzov. P. 1. C. 2. D. 25. Mynsing. lib. 4. Observ. 92.* Modo vinculum illud, quod inter actorem & reum intercedit, exprimatur in supplicatione, ut inde constare possit judici, an actionem decernere debeat, vel non *Dn. Brunnum. ad VVisenb. tit. de injus voi. quæst. 14.*

27. Hæc, quæ de Monacho accusante dicta, locum quoque habent in accusato; Si itaque Abbas contra eum inquirat, vel si accusetur expensæ & alia necessaria ad defensionem, ne dum alimenta ipsi subministranda Quia hic eadem ratio, ne nimis cogatur interim perire, aut mendicare. *Panormit. d. c. in fin. Petr. Rebuff. de Sent. prejud. in prefat. n. 104. seq.* Sed quid si accusationem sequatur suspensio aut depositio? Resp. Quia illa suspensio & depositio à divinis tantum fieri intelligitur, nihilominus almenta interim decernenda, sive Monachus sit, sive alius Clericus; quia ratio ne cogatur mendicare militat, & ipsi alimenta decerni vult. *Rebuff. d. l. n. III.* Dum enim ab officio suspenditur, omnium privilegiorum clericalium statim incapax haud efficitur, quia nec statim de delicto convictus est; Sed suspensio saltem hac intentione fit, ne dum in crimen inquiritur, Clericus interim cum scandalio officium administret: Ergo alimentera ipsi non illico admenda. Etiam si appellatione sententia suspensionis haud sit suspensa. Nam si appellatio intervenierit, quia illa rem in priori statu servat, & sententiam suspendit, alimenta, quin præstari debeant, non est dubitandum. *Panormit. in d. c. ut. n. 4. X. de Accusat.* Et pendente appellatione à sententia in qua suspensio dictata, hæc interim effectum non habet Uti hoc in terminis ferè probat textus in l. un. §. Ergo 4. ff. *nihil nov. appell. interpos.* ubi si quis per sententiam ordine motus sit, seu suspensus ab officio, & provocaverit, nihilominus de cœtu participat. Non enim hoc attentatum est, quando appellatione pendente, facit id, quod facere solitus erat, lite non inchoatā. *Francisc. Herculani. Tr. de Attentat. c. 3. n. 5.*
32. Verum non tantum personis, ut supra dictum, cultui divino & Ecclesiis dicatis providere debet judex: Sed etiam si hæc personæ

sona in officio suo negligentes fuerint, ipsi Ecclesiæ debet prospicere judex Ecclesiasticus, ne cura animarum negligatur, vel eis scandalum præbeat per Pastoris personam. Hoc enim si permitteret, illud Christi: Væ scandalum danti, vel non impudenti, in judicem quadraret. Pœnam itaque hanc ut effugiat, magno studio scandalum removere tenetur, c. nisi cum pridem 10. X. de Renunc. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. jur. Univ. l. 38. c. 2. n. 4. Si itaque vel scandalum Ecclesiæ dare Pastorem senserit judex 33. Ecclesiasticus, Ecclesiæ incolumitati providebit, suspensione ab officio, si admonitionem pensi habeat c. et si Clerici. X. de judic. c. 20. X. de V. s. c. 11. X. de privil. & excess. privil. Hæc enim 34 quia in eo differt à Depositione & Degradatione; quod non, ut illa, perpetuam remotionem contineat: Aut ut hæc omnium privilegiorum ac dignitatum privationem importet; Sed tantum ad tempus ab offici administratione removeat, Carpzov. Iprud. Eccles. lib. 3. tit. 10. Def. 117. n. 1. sqq. & def. 115. n. 1. & seqq. Ideo Decreto I. opus hic est, quo interim, donec scandalum tale purgatum, Ecclesiæ prospiciatur.

Quænam autem causa ad suspendendum Pastorem, judicem movere debeant, disquisiti poterat? Resp. Cum suspensio officii sit pœna, sed levior aliqua & mitior, qua tumdemum existimationem minuit, ac maculam infert, si turpi ex causa facta, arg. l. 22. ff. de hū qui nor. Infam. uti inteligo ea, quæ habet Carpz. Ipr. Eccl. lib. 3. tit. 10. def. 114. n. 4. alioqui enim & pastoris innocentem ab officio suspensi fama periclitaretur; Ideo causa aliqua non adeo magni momenti Decreto I. locum concedere potest. Et dum præ aliis virtæ ac morum honestati studere ob- 35. stricti sunt. Reinking. Biblisch. Polic. lib. 1. axiom. 43. Carpzov. Ipr. Eccl. P. 1. def. 61. Et pastor non saltem verbo, sed & exemplo auditores docere debet: Verbo quidem prædicationis sanctæ: Exemplo vero conversationis inculpatæ & honestæ. Reinking. de Reg. Sec. & Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 7. n 5. Si itaque & doctrina & mores non corraspondent: Si ita verbum proferant, ut ipsi reiciendi appareant, & per hoc lapidem offendionis populo ponant; quod fieri etiam potest publicis commissationibus acrixis; ad suspensionem perveniri potest, uti præjudicium allegat 36. Carpz.

Carpzov. Jprud. Eccles. lib. 3. tit. 10. def. 115. n. fin. Nam juxta Nazianzenum. Idem est non docere, & non docere moribus. Et secundum Erasmus nemo facilē credere solet Doctori, cuius verba cum vita pugnant.

38. Ne vero quod unā manu ponit, altera destruat judex, prouidus esse debet, ne dum scandalo medelam affert, curam animarum negligat, adeoque ut in Parœciâ interim alius ex vicinia Pastor, parœcianis verbum Dei proponat. Sacra menta administret. Interimistico quodam Decreto statuere potest, quam curam tali Decreto mandatam eriam germanicè appellare solemus: Die Interims-Cuhr einer Pfarrer. Nam dum revera 39 nondum vacat ministerium, alius Pastor institui nequit, sed viciniis interim Cura Ecclesiæ demandanda, vid. Carpzov. Jprud. Eccles. P. 3. tit. 10. Def. 116. n. 3. 9. sqq. Et hoc non tantum si suspensus minister verbi Divini, sed etiam si mortuus. Quia & hic justum impedimentum occurrit, ob quod interim judex Ecclesiæ providere debeat. Nam antequam alius instituatur ob Annū Gratiaæ qui competit viduæ vel liberis in Parochiâ comorantibus, ex Ordinationibus Consistoriorum, vid. Ordin. Constit. March. de Anno 1573. tit. 23. Constit. Eccles. Augusti Elef. Sax. de Anno 1580. tit. von Immunitaten und Freyheiten der Kirchen-Dieter/ Dn. Präsidis Disp. de Anno Gratia c. 2. Utique ne Ecclesia in Spiritualibus interim quid detrimenti capiat, sacrorum cura durante Anno Gratiaæ vicinis Pastoribus commendanda, injungendave. Carpzov. Jprud. Eccles. lib. 1. tit. 10. def. 162. An vero 41. cogit ad hoc ipsum possint Parochi vicini dubitari poterat? Sed respondendum puto quod sic, quia Consistorio cui provisio hæc incumbit, subjacent. Et merito quod ab aliis exspectant, ipsi simet promptè ante exhibeant. Dum itaque volunt, ut durante Anno 42. gratiaæ post mortem, quo eo melius provisum sit viduæ ac liberis, alius interim Sacra administret, merito ipsi quoque id in aliis Ecclesiis præstent. Carpzov. cit. loc. Et hanc necessitatem vicinis Pastoribus in specie imponit Ordin. Consistor. March. d. t. 23 vers. fin. Sed hoc limitandum, ut non inveniat locum, si pestis in Parœcia vacante grassetur; Et si jam per integrum Annum Gratiaæ cu- ram

ram Sacrorum gesserint per rationes adductas à Carpz. lib. i. Jpr. Eccl. defin. 165. & seq. Quid autem de Salario dicendum, potestne id petere cui Interimistica Ecclesiæ administratio commissa Resp. Distinguendo inter sumptus itineris seu alias necessarias impensas in Curationem factas; Et inter Salarium. Hoc non potest petere. Durante enim Anno Gratia, vidua & liberi defuncti Parochi salarium percipiunt ex singulari beneficio. Ergo idem petere nequit Pastor interim Curam Ecclesiæ gerens, cum ibis idem non debeatur. Si tamen offeratur honestè accipere potest, arg. lib. 43. § 9. def. fuit. Ubi hoc etiam æquum est, ut à parœcianis honorarium aliquod præstetur, & retribuantur carnalia illis, à quibus Spiritualia metuntur. i. Corinth. 9. v. 11. Carpzov. Jpr. Eccles. lib. i. tit. 10. Defin. 163. n. 9. Imo certo casu ad hoc ipsum cogi Parochiani possunt, si defuncto nec liberi nec vidua superstites sint: Aut post Annū Gratia præterlapsum, functionem Ecclesiæ adhuc sustineant vicini Pastores. Tum enim parœciani non habent de quo conquerantur, quia solvunt id, ad quod alias obstricti sunt; Et injusti essent, si denegarent Operario mercedem. i. Corinth. 9. vers. 9. Carpzov d. loc. defin. 164. Impensæ autem si quæ eroganda à Pastore interim Sacrorum curam gerente, utique petere, & erogatas repetere potest. Solent enim omnia, quæ petuntur, sumptibus petentis expediri, nec aliqui officium suum damnosum esse. Si itaque ipsi Pastori vicino quid impendere necessum, id actione negot. gestor. repetit à parœcianis. Et si Annus Gratia optimos proventus vidue & liberis largiatur, ab his interdum petuntur, & à Consistorio assignantur. vid. Carpzov. lib. i. Jpr. Eccles. Def. 63. n. fin.

Porrò singulare Decreti Interimisticæ, ob impedimentum 46 necessarium interponendi, occurrit exemplum in Pastorib⁹ emeritis. His enim si adeo decrepitæ sint ætatis, ut ætas ipsis in causa sit, quo minus officio suo amplius superesse possint, ali⁹ us in officio substituend⁹; Ne tamen interim egeat Pastor emeritus ipsi de vita subsidiis providedum. Quamvis autem regulariter, nondum vacante Ecclesia, alias Pastor constitui nequeat, c. qui in vivorum, i. X. de concess. prebend. cum hic facile quis incidere

incidere posset in suspicionem de voto mortis captandæ, & expectationis futuræ successionis, à qua Ecclesia abhorret. c. 10.

48 caus. 7. quest. 1. Nihilominus si parochus adeo senio gravetur, ut administrationi Ecclesiasticae plane impar videatur, alius substitui debet. Superiora enim tunc cessare facit promovendi salutem animarum necessitas, quæ non subjaceret legi, sed si urgens sit, ex iustis justa facit, prout id declarat Bodin. de Rep. lib. 5. c. 5. p. 896. Carpzov. Iprud. Eccles. lib 1. def. 152. & def. 18. Nec

49 interesse puto sive volenti substituatur, sive nolenti & invito; Modo hoc casu in eo statu decrepitus deprehendatur, ubi plane non potest officio suo fungi cum effectu & ædificatione ad salutem; Tunc enim favor cause, animarum necessaria cura, & utilitas publica, si quid injusti in se habere videbatur substitutio, id

50 facilè excusat. Nec magnoperc conqueri habet Parochus decreitus, quia in plerisque locis per provisionem ei assignatur certa portio reddituum, si non habet, unde se suosque alere possit, Coler. de aliment. lib. 1. c. 17. n. 55. Et si redditus non sufficerint utriusque sustentationi, parochiani annuatim quid contribuere tenentur, ut in Sene Ecclesiastica dignitas ob paupertatem non vilescat, & Substitutus quoque mercede digna potiatur ac dum gregem pascit, de lacte ejus comedat. 1. Corinth. 9. vers. 9.

51. Carpzov Iprud. Eccles. lib 1. defini. 135. n. 5. seqq. Itaque donec vivat Pastor emeritus interim tales provisionem ei assignare potest judex Ecclesiasticus. Cujus provisionis quantitas hic in Marchia jam tum determinata, scilicet quod debeat esse octava pars redditum ex Parochia percipiendorum, Ordinat. Confessor. March. tit. von provision und Vorsorge der Alten gebrechlichen Pfarrer. S. So bedenken wir. Ubi tamen invenitur, certa quædam requisita in adjudicanda hac provisione observanda esse.

52. Hec de rebus Ecclesiæ ejusdemque Ministeris dicta sufficiant. Quoniam vero interdum lites gravissimæ oriuntur super jure patronatus, quod alicui competit in Ecclesia, quam dedit, fundavit, aut ædificavit. c. pie mentis. 16. quest. 7. c filii. 16. quest. 7. c. 25. X. de jure Patron. & consilium potissimum in nominatione, vocatione, & præsentatione, Reinking. de Regin. sec.

&

& Eccles. lib. 3. class. 1. c. 9. n. 3. In quorum actuum exercitio dum saepius turbantur Patroni, altero alteri jus hoc concedere recusante; Ergo quando & hic D. I. locum habeat, observandum.

Si itaque Patrono controversia moveatur super jure Patronatus, 33.

queritur, an presentatum interim admittere teneatur Superior? Resp. Si presentans sit in possessione bona fide, quæ etiam hoc casu necessaria, Roch. de Curt. Tr. de jure Patron. rubr. Jus Patronatus quibus compet. n. 35. Possessione inquit suam per ultimum vocationis actum exercitum probaverit, utique admittendus. Finkelhaus de jur. Patron. c. 6. n. 28. Carpov. Jpr. Eccl. lib. 1. Def. 21. n. 7.

Aliter Panormitanus in c. 7. X. de jure Patron. Ubi enim de viri-

bus presentationis ambigitur, no. Inquiritur penes quem sit, jus ac proprietas conferendi, sed penes quem sit possessio. Menob.

rem. ret. possess. quest. 17. n. 131. quæ possessio, ut dictum, hic ex ultimo actu bona fide gesto dijudicari solet, etiamsi alius antea

plures actus exercuerit. Roch. de Curt. d. l. n. 40. Anton. Faber. Cod.

Sabaud. lib. 6. tit. 1. def. 5. Cardin. Tusibus. pract. conclus. 605 n. 1. &

2. lit. 1. Ludov. Post. Tr. de Manuten. Obsq. 18. n. 16. & 47. Si enim de antiquioribus actibus hic disputandum foret, non ita facilè,

causa exitum sortiretur, nec Ecclesiæ prospiceretur. Ut autem bonæ fidei possessor fructus omnes lucrat, l. 48. de A. R. D. S.

fi qui à non Domino. 35. Inst. de R. Diris. Ita etiam fructus juris Pa-

tronatus, qui in presentatione constunt, c. 19. X. de jur. Patron.

ibid. Panormit. n. 2. Reinking. de R. S. & E. lib. 3. class. 1. c. 9. n. 16. seq.

Mala ergo fidei possessor uti fructus non capit, ita nec presenta-

re potest. Panormit. d. loc. n. 4.

Quid autem si contentio inter Patronos, aut lis super jure,

Patronatus, & è nemine patronotum vocatus adhuc sit pastor;

Vel si etiam uterque aliquem vocaverit, & disputetur quis ad-

mittendus sit, si non constet de ultimo presentationis actum pro

quo alius interim decisio ferenda erat; Tum si lis illa non finiat

intra quadrimestre spatium, aut tempus præfixum, quia ho-

die quadrimestre spatium non amplius attenditur, juxta Carpov.

Jprud. Eccl. lib. 1. defini. 15. n. 7. proviso per Episcopum, sen.

Ecclesiasticum judicem fieri potest, c. 3. X. de jur. Patron. ibid. P. 4.

- normit. n. 4. quia hujus officium exigit, præcavere, ne in spiritu-
alibus aut temporalibus detrimenti quid capiatur, aut lupus ra-
pax gregem ingrediatur in defectu Pastoris, ut dicitur c. 41. X. de
Elect. Carpzov. Jpr. Ecol. P. t. def. 15. Poterit itaque Episcopus
58. vel hodie Consistorium, durante hâc controversia aliquem eli-
gere Ecclesiæ præficiendum, Pacian. de Probat. lib. 1. c. 47. n. 109.
Idem dicendum, si Patronus indignum præsentaverit, quia enim
59. sic diligentiam adhibendam in electione Pastoris neglexit, & in-
nocentibus Parœccianis imponere voluit; has negligentia pœnas
meritò dat, ut pro hac vice exclusus præsentatione, judex superi-
or Ecclesiasticus aliquem eligat, quoniam illius providentia in-
cumbit, rejicere, qui sine scandalo admitti nequit, & alium con-
stituere, c. 3. & 12. X. de jur. Patron. in quem Patronus consentire
tenetur, d. c. 12. ibid. Panormit. Fint kelthaus de jure Patron. c. 7. n. 12.
60. Causis Ecclesiasticis frequentioribus, in quibus interim
disponi potest, per tractatis, seculares aggredior. Ubi primum
videndum, qua ratione circa personam alicujus, vel etiam circa
bona, Decreto Interimistico quid determinare valeat judex.
61. Persona controversiam patitur, respectu status præcipue, ubi in-
tegra materia actionum præjudicialium se tractandam offert.
Actio enim Præjudicialis secundum Accurs. Bartol. & reliquos, so-
let appellari illa, quâ status conditionis ve controversia tracta-
tur, & quæstio, per S. Præjudiciales 13. Inst. de Act. Quamvis ni-
mis strictè ita actio de statu accipiatur: Non enim omne præju-
dicum de statu est, l. 30. de bon. autor. jud. possid. Nec omnis
actio, qua quis de Statu experitur, præjudicialis dicitur, prout probat t. t. ff. de liberal. caus. ubi ne semel quidem præjudicij mentio
62. fit. Causa enim Status tractari potest vel judicio, vel præju-
dicio: Illo modo si liberalis dica alicui scribatur ejus nomine,
qui pro Servo detinetur, vel alio casu: Præjudicio, cum aliquis
in jus ductus, antea de Statu cognosci petit. Et hoc modo ve-
rum est, quod dicitur: Cui non est judicium, is nec patitur præ-
63. judicium Jacob. Revard. de Præjudic. lib. 1. cap. 12. Et sic actio
præjudicialis exceptio melius dicitur, de qua prius judicandum,
quam

quam principalis quæstio seu actio terminetur, *Magnif. Dn. Brun-*
neman. in Proc. Civ. c. 7. n. 21. Jacob. Rævard. d. loc. cap. 6.

Quantum itaque ad Servitutem attinet, ejus usus exiguae⁶⁴
apud nos est, *vid. Dn. Hahn. ad n. V. Wesenbet. lib. 40. t. 1. n. 1.* nisi qua-
tenus ex jure servorum desumuntur, decisionem constituta in
causa hominum priorum. Ubi tamen probe attendendum:
Non esse unius generis homines proprios. In nonnullis locis
melioris sunt conditionis ac in aliis, *Dn. Hahn. d. loc. ut sic eadem*
jura omnibus applicari nequeant, sed consuetudo ac Regionis
mos præcipue observandus. Hic ergo ubi non contrariatur, in
genere Judex ex argumento juris civilis, causas priorum ho-
minum decidere potest; definitivè non tantum, sed etiam per
Decretum Interimisticum.

Si itaque Nobili lis sit cum Rustico; quæritur: An interim⁶⁵
operas indicere possit Rustico Judex? Resp. Aut Nobilis probat
quasi possessionem per servitia, aliaque munera ipsi hactenus
præstata, & operas interim donec de Exemptione constet, præ-
stare tenetur rusticus, *l. 14. ff. de probat. c. 24. X. de Elect. & Elect.*
poteſtat. Nemo enim præsumitur indebitum solvere. *l. 25. ff. de*
probat. Aut verò nullas operas exactionesve Nobilis probare⁶⁶
potest, quæ subjectionem arguerent; Et opera Interim non sunt
adjudicanda, *l. 24. pr. ff. de liberal. cauf. l. 14. l. 21. C. eod.* quia fa-
vorabilior est causa libertatis, quam servitutis, & in dubio qui-
libet liber præsumitur & pro eo judicatur, *Johan. Köppen. in Decis.*
quæf. 15. n. 2. Frideric. Husan. de hominib. prop. c. 5. n. 35. seqq. confer.
August. Barbos. in loc. Commun. lib. 10. c. 17. axiom. 8.

Sed si cum uxore Rustici lis esset, & Nobilis quasi posse-⁶⁷
sionem in marito ejus probaret, an judex ex hoc potest operas
uxoris adjudicare Nobili? Resp. Negand. ob minus firmam
consequentiam; maritus operas præstavit, ergo & uxor præstare
obstricta est. Nam uti non obligatur uxor pro marito, *t. t. C. ne*
uxor. promarit. Ita nec oneratur infelicitate viri, quæ quia hic
odiosa, non extenditur ad Sexum imbecilliores, cuius favore
multa singularia iura constituta sunt, *per l. 9. de J. & F. ignor.* Et
in hoc caſu expreſſè deciſum in *l. 34. C. de liberal. cauf. liberam-*
personam

personam mariti conditioni servili non subjici vid. Jctiss. Dn. Brunnem. ad tit. C. de liberal. caus. circ. med. Frideric. Husan. de homin. prop. c. 5. n. 44. seqv.

68 Quid autem si ex quasi possessione ita exactè determinari nequeant Servitia, qualia tum interim adjudicare potest Judex? Resp. Pro consuetudine locorum Decretum concipiet Judex, ut ad ea servitia rusticum condemnet, quæ communiter præstare solent alii ejusdem loci & conditionis rustici, Andr. Knichen. de Vestitur. past. P. 2. c. 5. n. 26. seqv. Quia consuetudo jus facit judici

69 sequendum. Sed si consuetudo variet, aut ex pacto hic talia, alter alia præstet, quia tum versamur in dubio, causa libertatis potior, adeoque ea assignabit judex servitia, quæ aliás is præstat, qui ad libertatem proximè accedit, & quæ non magis onerant rusticum, quam quorum quasi possessionem Nobilis probavit. Quæ verò alias in Servitorum determinatione attendenda, ea vide apud Magnif. Dn. Brunneman. Comment. Pandectar. ad L. 30. n. 2. de Oper. libert. Dn. Mev. P. 4. Decif. 132. & seq.

70 Sed an provisio alimentorum nomine facienda rustico egenti, si Nobilis servitia exigat, & tamen rusticus necessariis vitæ subsidiis destituatur? Resp. Si Nobilis operâ & personâ rustici carere nolit, utique alimenta præstabat, per l. 12. §. 3. ff. de admin. tutor. Job. Bapt. Pontan. de Aliment. c. II. n. I. & seqv. vel tantum tempus indulgebit, quo victum paret, D. Mev. P. 4. Dec.

133. Guil. 2. Obs. 62. n. 13. per L. 50. §. 1. ff. de Oper. libert. Idem. dicendum de impensis in item. Nam & hæ subministrandæ arg. l. 1. §. si pupillus universaliter exhibere non potuit ff. de tutel. & ration. strab. ibique Gloss. & Bart. n. 2. seqv. ne aliás non tam ob justitiam

72 causæ, quam inopiam rusticis iudicior exitisse dicatur. Et hoc potissimum locum habet, quando Nobilis simul occupavit bona rusticæ per l. fin. C. de Ord. Cognit. Martin. Coler. de Alim. lib. I. cap. 14. n. 39.

In causis Familiam concernentibus, non uno modo jūdi-
73 ci incumbit, ut per Decretum Int. alicui subveniat. Præcipue vero in causa Filiationis provida judicis cura minimè permitat, ut dum quæstio an filius sit, pendet, alimenta interim denegetur.

Licet

Licet enim alijs illa causa, quæ alteri præjudicium afficit, prius decidenda, ut in præjudicialibus ante dictum, adeoque videri possit, & causa filiationis prius destinanda, quam alimenta assignentur, quia si constat, quod non sit filius, nec alimenta ei debentur. Nihilominus tamen illud non est perpetuum, uti patet ex l. 5. §. 18. in fin. ff. de liber. agnosc. & favor causæ hic aliud postulat, ne nimis int̄ētim, ante filius fame pereat, quam̄ lis finiatur. 74
Judge ergo per provisionem sustentationi vita ejus necessaria assignabit. Didac. Covarruv. Pral. Quæst. c. 6. n. 3. VVames. Conf. 276. n. 9. Dum enim cuilibet inop. succurrere ne Reip. membrum absindatur, & ubi interest provisione concedere judecatur l. 3. ff. de jur. delib. l. 7. de agnosc. lib. Petr. Rebuff. de Sentent. prejud. in prefat. n. 23. Id omni procul dubio facere obstrictus est in casu, ubi interesse & ipsa naturalis ratio assignationem alimentorum dictitat; Facit huc textus quoque in L. si ju. lex 10. ff. de his quæ sūi vel al. jur. Papon. de Arest. Franc. lib. 18. Tit. i. Arest. i. in fin. Conf. Bachov. in not. ad Papon. Arest. 19.

Filio itaque providendum, qui naturalis & legitimus est. 75.
Cum enim hic Dominus quodammodo honorum paternorum l. 11. ff. de lib. & postum. & onus eum alendi Parenti incumbat, l. 3. & seq. C. de alend. lib. Singulis annis, quoad quæstio filiationis durat indecisa, danda eicerta portio ex bonis paternis, l. 27. §. 3. ff. de inofficio, testim. Gloss. ad l. fin. C. de alend. lib. Nam si hæc provisio omittetur, per indirectum filius privaretur bonis suis, dum adimerentur media ad illa pervenienti; & vel modo dato cedere cogeretur, arg. l. 18. §. fin. ff. de judic. Rebuff. d. tr. art. i. gl. 2. n. 2. Menoch. de presump. lib. i. quæst. 35. n. 6. vel fame perire, quasi parricidio extinctus, l. 4. ff. de agnosc. lib. Nec 76
distinguo hic; an filius in potestate vel Emancipatus sit: Præterquam enim quod hodie post Ney. n. 8. c. 1. vix aliqua differentia sit inter sūos & Emancipatos, quæ successionem legitimam concerneret; Et iura liberorum sint exæquata, etiam Emancipati à Parente alendi per l. 5. §. 1. ff. de agnosc. lib. ex charitate enim sanguinis hoc provenit d. l. 5. §. 2. Sanguinis autem vinculum Emancipatione non tollitur l. 8. de R. J. Magris. Dn. Brunnem. ad l. 3. C. de alend. liber. Sic nec interesse automo, an primum; an secun- 77

dum liberorum obtineant gradum: Quia etiam nepotibus provisio hæc concedenda per expressum textum l. 27. §. 3 ff. de in offic. testam. Et eadem; quæ supra, etiam hic militant rationes: Nisi quod hæc provisio fiat in subsidium l. 5. §. 2. De liber. agnosc. Jctus. Brunnemann. ad d. l. 3. C. de alend. lib. Menoch. de Presumpt. lib. 1. quæst. 35. n. 15. Cordub. à Lara in repet. L. Si quis à liberis ff. de lib. agnosc.

78 Idem dicendum judico de liberis legitimatis, quia illi per omnia liberis legitimis comparantur, § fin. Inst. de Nupt. l. 10. C. de natural. lib. eorumque juribus fruuntur perdd. ll. hinc eadem quoque provisio illis attribuenda Rebuff. d. tr. art. 1. gl. 2. n. 12. Menoch. cit. loc. n. 10. Cordub. à Lara dict. loc.

79 Sed de adoptivis liberis quid dicendum? Resp. Si Adoptivi in specie tales sint, hæc provisio illis deneganda, quia nec in Patris adoptivi potestatem transiverunt. §. 2. Inst. de Adopt. nec eos Pater alere tenetur, nam à jure succedendi non præcisè sequitur jus alimentandi. Erasm. Lingepaur. Exercitai. Justinian. 3. quest. 11. Fachin. 12. controv. cap. 6. Contrarium tenent Martin. Coler. de alim. lib. 1. c. 4. n. 3. Job. Petr. Surdus de Aliment. tit. 1. quest. 2. n. 6. Quorum sententia satis æqua est, in casu, ubi Pater naturalis Adoptivi, non habet, unde filium alere possit, quod uti tum Pater adoptivus tenetur in subsidium alimenta suppeditare; ita judex ei in-

80 terim providere possit. Si autem sint liberi Arrogati non excludendi ab hæc provisione: Per omnia enim patriæ potestati Subjacent. §. 1. Inst. de Adopt. Jura familiae consequuntur d. §. 1. & l. 32. ff. de R. N. Eorum jura & dignitas augentur. l. 35. ff. de Adopt. Adeoque dum per extensionem juris eadem ratio subest, quæ in liberis naturalibus & legitimis, nomine filiorum continebuntur,

81. arg. l. Adoptivus. ff. de in jus voc. Ut autem filii naturalibus & legitimis ideo concedebatur hæc provisio, ne durante lite fame periret, & per indirectum excluderentur à bonis suis vid. supr. n. 75. ob paritatem rationis & arrogatis ita prospiciendum; quia onera omnia in patrem adoptivum transeunt l. 45. ff. de Adopt. Pontan. de Alim. c. 13. n. 9. Idem sed ex aliis rationibus sentit Surdi de Aliment. tit. 1. quest. 114. n. 4. Nec audiendus Pater, si de bonis propriis arrogatorum eos sustentare vellet, quia bonorum substantiam

Substantiam filii integrum servare tenetur, per l. fin. S. s. C. de bon.
qua liber.

Sed dum Arrogatio hodiè minus frequentatur, surrogat^{ag2.}
in locum ejus Unione Prolium Besold. in Thesaur. Pract. & VVeh-
ner. in Obser. Pract. voc. Einkindschafft. Jac. Rickius in Tr. de Union.
Prol. c. 2. Quid de conjunctis ejusmodi liberis dicendum, anne
his per Decretum Int. in casu, quo negatur unio, succurrendum?
Puto quod utique: quia ut dictum successit in locum arrogatio-
nis; dum autem surrogatum sapit naturam surrogati, & eadem
ratio hic militat, idem quoque jus obtinere debet. l. illud 32. ff.
ad L. Aquil. Modo sequentia requisita adfueint, quæ alias^{83.}
in Arrogatione etiam necessaria sunt, l. 2. & l. 6. C. de Adopt. Ut
scilicet ad sint Tutores & Consanguinei; Considerentur faculta-
tes eorum, quorum nomine Parificatio prolium petitur, & ex
utriusque comparatione aestimetur, an ea salubris sit; Nam quia
hæc videntur ex naturâ arrogationis, non possunt abesse ab Uni-
one Prolium, prout resert Gail. 2. Obser. 125. Cum hic ob spem fu-
turæ successionis jure improbatam, & periculum, caute utique
agendum; & sic si hæc solennitatis non adhibeantur, Unio pro-
lium ipso jure nulla est vid. Gail. d. Obs. 125. & Rickius d. Tr. de Union.
Prot. cap. 6. ubi tractat. formam union. prolium.

Sed quid in puncto hujus provisionis sentiendum de Spu-⁸⁴
riis? Spuriorum appellatione hodiè continentur omnes extra
matrimonium prognati, cum nostris moribus concubinatus il-
licitus esse ceperit; Et in hoc unico ferè honestas nostrorum
temporum superavit tempora Justiniani, referente Pientissimo
Jcto Dn. Brunnemanno ad l. 2. in fin. C. de natural. lib. Utinam ve-
rò mores hujus seculi tacite non improbarent illam honestatem!
Dum verò alimenta spuriorum debentur, Autb. Licet. C. de natural. lib.
ibique Magnif. Brunneman. provisio etiam, de qua hoc loco agi-
mus, eis concedenda; VVamef. Consil. jur. Civ. Cent. I. Consil. 41. n. 6.
Nam si pater negaret esse suum spuriū, qui in quasi possessione
deprehenditur, id est, ab omnibus dicitur spurius ejus esse, utique
dum lis pendet, ne interim fame pereat, aut media alimenta con-
sequendi absindatur, per provisionis modum ei succurrendum,

Jacob,

- Jacob. Menoch. Consil. 60, n. 6. Carpzov. lib. 4. respons. 60, n. 6. Aym. Cravett. cons 89, n. 1. Et hoc quoque obtinet, si Stuprator ab
 83. Isens vel in fuga sit, quamvis enim per confessionem suam nondum sic convictus de stupro; quia tamen fama contra ipsum militat, & insuper fuga eum suspectum reddit, utique interim succurrentum filio spurio, & ex bonis fugitivi Stupratoris ei alimenta assignanda. Carpzov. Iprud. Eccles. lib. 2. tit. 14. def. 242.
 Sed cum Stuprator plerumque juvenis sit, propriis bonis adhuc
 85.2 destitutus, dubitari poterat, an Avus spurius seu pater Stupratoris interim ad alimenta condemnandus? Ex delicto filii patrem quidem non teneri certum est; hoc tamen casu ad alimenta eum obligari, utique asserendum duco. Nam quia etiam Spuriis alimenta debentur, testantibus Dd. ante citat. etiam in nepoti spurio ea non deneganda; cum idem jus, quod in filio spurio est, etiam in nepote spurio obtinere debeat Carpzov. d. loc. Desin. 243, ubi id extendit n. 11, etiamsi vivat avus maternus, paternum tamen avum potius ad subsidia vite obstrictum esse. Idem quoque obtrinebit, si super matrimonio cum Stuprata disputetur, penden-
 te enim hac lite, interim partus alendus, Chanutius ad Papon. de
 86. Arest Franc. lib. 18. tit. 1, in append. Arest. 7. Quomodo autem Filia-
 liatio probanda, cum ad Decr. Int. directo non pertineat, videri potest, apud Pontan. de Alim. c. 3. Fulv. Patian. de Probat. lib. 2, c. 4. per rot.
 Hac vero sepius nominata provisio denegatur, si liberi ingratiti extiterint. Tunc enim uti non alendi, ita nec ad hanc provisionem
 87. admittendi, quæ ob alimenta primarij fit, per l. s. §. 11. ff. de lib. agnosc. Cordub. à Lara in repetit. b. n. 9 l. Et quia tum demum alimenta dene-
 gari possunt, si ejusmodi causa subfit, quæ in exheredatione ap-
 probat. Gl. in l. s. §. 11. verb. detuler. t. ff. de agnosc. lib. quia argumentum
 ab exheredatione ad alimenta tam affirmativæ, quæ in negativæ
 procedit, teste Pontan. de alim. c. 5. n. 2. etiam hæc provisio iis saltem
 88. casibus deneganda. Gl. in l. fin. C. de alend. lib. Si itaque ma-
 le saltem moratus, aut patri minus obsequens, hæc provisio ad-
 hoc locum habet: Quia hic parentis culpa concurrit quodammodo, dum filium suum indulgentiâ corruptit, & non statim à te-
 neris

neris unguiculis ad obedientiam assefecit, Martin. Coler. de Alim. lib. i. c. 2. n. 18. & sqq.

Quia in jure eadem semper solet esse disciplina correlati-^{89.}
vorum. l. i. ff. de bis, qui sui vel. alien. jur. pr. insit. eod. maximè si
eadem, & non diversa militet ratio, l. illud 32 ff. ad L. Aquil. l. 148.
pr. in fin. ff. de V. O. G. lib. 2. Obser. 49. n. 8. ea quæ jam diximus de
liberis obtinere etiam debent in Parentibus. Quare si parentes
alimenta petant, & filius neget eos parentes, dum hæc lis finitur
per Detr. Int. eis subveniendum, ne fame interim pareant, aut ob
inopiam à jure Parentum excludantur. Probat id integer tit. C. de
alend. lib. ibid. Magnif. Brunne man. in Commentar. Menoch. de Præsumpt
lib. i. c. 35. n. 16. Nec videtur distinguendum, an Pater aut Mater
talis esse negetur. Gudelin. de jure Noviss. lib. i. c. 14. §. Porro. Cum^{90.}
enim Mater majora beneficia in filium transtulerit ob immen-^{91.}
sum periculum, quod pro filio sustinuit, dum ante partum one-
rosa, dolorosa in partu, post partum l. boriola fuit, ut dicitur c. 2.
X. de convers. infidel. & uxor majori studio dignanda, ut quæ &
parturierit, & pepererit & nutriverit, Nov. 162. c. 3, in fin. magis et-
iam ei ad benefacendum filius iterum obligatus est, l. 25. §. 11. ff.
de petit. hered. Proinde si neget filius matrem esse suam, interim
non tantum alimenta l. i. C. de alend. liber l. 5. §. 2. ff. de agnoso. & a-
lend. lib. sed etiam litis impensas subministrare obstrictus est, per-
jura ante citat. Et quia naturalis ratio, quæ hoc dictitat, per secun-^{92.}
das nuptias non tollitur, etiamsi ad eas convolaverit, nihilomi-
nus hæc provisio ei post secunda quoque vota facienda. Modò
maritus, qui alias regulariter uxorem alit, Martin Coler. de Alim. lib.
i. c. 10. n. 3. non habeat, unde eam sustentare possit. Coler. d. l. c. 7. n. 4.

Et quia hodiè in plerisque Emancipationis differentia sublata
per Nov. 118. c. 1. Gudelin. de jur. Noviss. lib. 2. c. 18. §. hanc. Et de nepo-^{93.}
tibus expressus textus l. 5. §. 2. ff. de lib. agnosi. Ac de naturalibus
s. hodiernis spuriis extat similiter Autib. Licet. C. de natural. liber.
Surd. de Alim. Tit. 1. qu. 20. Nullam inter liberos constituo diffe-
rentiam, sed omnes, ut Parentibus interim prospiciant Decr. Int.
complicandos esse statuo.

De adoptivis dicendum restat, an quantum ad hos paren-^{94.}
tibus provisio decernenda. Decisio hujus, pendet ex alimento

- rum præstatione, ut, cui hæc sit, ei etiam provisio concedenda. Hinc cum mater adoptiva regulariter non detur *l.23. ff. de Adopt.* quia Adoptio est modus constituendi patriam potestatem. *l.1. ff. & per. Inst. de Adopt.* cuius fœmina incapax. *§.10. Inst. d. r.* ea non est alenda, & per consequens hæc provisio ei deneganda. De 95. Patre non dubito, quin hac provisione ei succurrendum, quia quantum ad hunc liberi adoptivi naturalibus & legitimis simul, æquiparantur, ut dictum *supra n.8 b. cap.* Ergo ad eundem provisionis modum obstricti sunt; modo adoptio plena fuerit, nam in adoptione simplici non eadem ratio subest, *vid. b. cap. n.79.* vel nisi fuerit pater arrogator.
96. Per Unionem prolium liberi effecti, quia per omnia liberorum legitimorum numero computantur, & eatenus in ea quid amplius quam in adoptione, quod matrem etiam constitutat, si ut *supra n.83.* dictum, perficiatur, itidem per Decr. Int. utriusque Parentum contra hos videtur succurrendum.
97. Sed ita in hoc & superioribus casibus provisione adjuvandi parentes, si non ingratiti extiterint. Ex quibus itaque causis ut ingratiti exheredantur, de quo vide *Nov. 115. c. 4.* ex iis etiam ab hac provisione excluduntur, *Pontan. de Alim. c.5. n.2* ob rationem *n. 87.* adductam.
98. Hæc dicta sunt, si Parentibus cum liberis, aut contra lis sit. Quid autem si Parentes aut conjuges inter se litem soveant; dicendum, jam subjungendum, quia æquè ac liberi Decr. Int. judicis subjacent. Decernit autem hic judex, vel ante nuptiarum solennitatem vel post eam. Illo modo si lis sit super summatione matrimonii, & eam detrectet altera obligatarum personarum, Decretum Int. dupliciter intervenire potest. Primo persona desponsata potest ob contumaciā condemnari ad cœlibem agendam vitam, omni aliam conditionem quærendi ansa ei denegata, teste *Luther. apud Carpz. Jprud. Eccl. lib.2. def.136. n.6. Dn. Mervig P.6. Decis.359.* Quia enim hoc crimen quamproxime ad desertionem accedit, eatenus punienda persona delinquēs; ut ei interdicatur matrimonium cum aliâ contrahere. Vel etiam interim incarcерari potest, donec in consummationem consentiat.
99. *Carpzov. Jprud. lib.2. def.133.* Secundo modo hoc casu inter-

rim decernere potest judex, sponsam in bona sponsi mittendo; & ita pronunciaisse Scabinos Lipsienses refert *Carpzov d.l. defin. 136.*
n.8. Quia enim nemo suo facto ab obligatione semel inita se eximere potest, nec sponsus consummationem matrimonii recusare potest, sponsalia enim hoc continere videntur, ut per conjugium consummentur: si itaque ab hoc se liberare nequit, onera matrimonii in contumaciam pro consummato habiti, feret etiam invitus, dum sponsa ex bonis ipsius provisio fit, *Carpzov. d. lib. 2. defin. 136. n. 9.*

Post nuptias contractas, & earum solennitatem, si contra *ICL.* praeceptum divinum conjuges se subtrahant, & amicabili persuasione ad cohabitationem perduci nequeant, *c. pen. & ult. X de adulter.* Judex Decretum Int. interponere potest, & quia haec contumacia inter delicta meritum refertur, carcere vel alio modo nocentem interim coercere potest, *Carpzov. Iprud. Eccles. lib. 2. defin. 209. n. 9. & seq.*

Si autem maritus suam esse uxorem neget, & desuper lis *102.* instituatur, Quæritur: An judex per Decretum Int. alimenta & litis impensas ei assignare debeat? Respondeo: Si in quasi *103.* possessione est, seu ab omnibus uxor reputatur *l. 3. de Offic. Praetor.* *l. 3. ad Sct. Maced.* provisio haec ei concedenda, *Petr. Rebuff. de Sent. provision. art. 3. gl. 1. n. 6. Menoch. de Presumpt. lib. 1. quest. 35:* *n. 18. Alciatus. de presump. Reg. 3. Pres. 9. n. 10.* Modo non habeat facultates, aut cognatos, qui sustentare eam interim possint. Nam etiamsi dotem non habeat, nihilominus ei hoc in casu providendum, quia etiam indotata uxor alenda, per ea quae habet *Coler. de Alim. libr. 1. c. 10. n. 4. Caesar. Uliss. annotat. ad Matth. de Afflict. Dec. 10. n. 16.* Nam maritus sibi imputet, quod indotatam duxerit, onera vero matrimonii ideo recusare nequit, *Magnif. Brunneman. ad l. 13. C. de Neg. gest.* Sed an in casu conversio marito contra uxorem providendum, si haec neget esse maritum? *105.* Resp. Licer regulariter uxor non alat maritum per *l. 33. §. 1.* *in fin. ff. de donat. int. vir. & ux.* aliud tamen dicendum, si pauper *106.* sit, per *l. 33. §. 1. ff. de jure d. t. Coler. de Alim. lib. 1. c. 12. n. 2.* Adeoque si hoc calumneget esse maritum, qui in quasi possessione constitu-

tus

tus est ; Interim non tantum alimenta, sed & litis impensas præstat : Concello enim aliquo, omnia illa videntur permissa, sine quibus res obtineri nequit, l. 56. ff. de Procurator. Et in concessione ea comprehensa censemur, quæ in consequentiam veniunt, & sine quibus commode re potiri nequeo, Dn. Brunneman. Comment. Pandect. ad l. 2. n. fin. ff. de Jdict. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 15. n. 58. Fatoe tamem majorem matrimonii certitudinem subesse deberet, si marito providendum, quam si uxori.

- 107 Matrimonium semel initum, mutua voluntate olim dissolvi poterat, his verbis : Res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito, l. 2. §. 1. & 2. de Repud. & improbabantur tum temporis, pacta ne divertere liceret ob libertatem matrimonii. l. 2. C. de inut. Stipul. Quod tamen postea recte mutatum per Art. b. quod hodie C. de Repud. Non obstante Novell. 140. quia illa non Justiniani sed Justini est, usu nunquam recepta. Et hodie non nisi ex gravi causa dissolvuntur matrimonia, ob adulterium nimirum, & malitiosam desertionem Gudelin. de jure Noviss. lib. 1. c. 10. Aliæ causæ si incident, ob quas cohabitare prohibeantur; Separatio quo ad thorum & mensam interdum, si amicabilis compositio tentata, nil quicquam possit, conceditur. Quia tamen per hanc matrimonium non solvitur, cessante non planè maritali affectione, quæ matrimonium constituit, l. 32. §. 13 ff. de donat. int. vir. & uxor. Etiam durat causa alimentorum, vinculum nempe matrimonii; ideoque interim judex ei ex bonis mariti assignabit alimenta, Boër decis. 105. Grake. de Autorit. privat. c. 13. n. 8. Bartol. ad 109 l. 27. §. 3. de inoffic. testam. Carpzov. Ipr. Ecl. lib. 2. def. 213. n. 3. Modo uxorius culpa separationis non præbuerit locum; Si enim hoc, alimenta petere nequit, Bald. in l. quod in uxorem. C. de Negot. gest. 110. Beust. de jure Connub. P. 2. cap. 7. §. 5. n. 3. Ut etiam maritus ab alimentatione tempore separationis se liberare potest, si uxori illata restituat: Tunc enim quia usuras & fructus dotis, cuius respectu alimenta ferè subministrabat, non amplius percipit, per III. consequens nec alimenta præstabit. Nam quod Wames. Conf. 551. n. 22. sq. & Schurz. P. 1. cons. 42. n. 3. sq. putat, separationem hanc in locum divorciū surrogatam, ut sic si maritus in culpa, perdat dotem & donationem propter nuptias. Id non ubique

vera

verum est; in multis enim divorcium à separatione distinctum, per adducta à Carpzov. *Jprud. Eccles.* lib. 2. def. 210.
& Arnis, de jur. Connub. c.6. sect. 2. n.8. Et sic, si se liberare vult, ^{112.}
 dotem quam alias retinet, restituere debet. Modo hoc in casu
 fructus dotis sufficient alimentis. Aliás uti ultra fructus alere
 tenetur ex suis bonis, si uxori alio modo succurri nequeat.
Mart. Coler, de Aliment. lib.1. c.10. n.14. seq. Ita etiam hoc in casu
 ad supplementum eum iudex condemnare debet. *Carpz. d. loc.*
def. 214. n.12.

Interdum in ipso Separationis processu disponere potest ^{113.}
 iudex interim, si instituatur ob saevitiam mariti, quia hoc litigium in multum tempus protracti potest, & interim parum prospectum uxori contra saevitiam mariti, hinc separatam habitationem & provisionem interim uxori faciendam, injungere potest iudex vid. Carpzov. *Jpr. Eccl. lib. 2. def. 222. n.7.* Secus si ipsa mulier in causa. *Rebuff. de Sentent. provision. art.3. gl 1. n.29.* Sed ^{114.}
 an quævis rixa ad hanc separationem sufficient, queritur? Resp.
 Licit jure Civili uxor maneat in potestate patris sui, §. 2. *Inst. ad Sct. Tertull. l.5. C. de condit. apposit. l.12. C. de Collat. ibique Godefred.*
in not. conf. Panormit. c.2. n.1. X. ut lit. pendent. Quia tamen Canonicus & consuetudinario jure in potestate mariti est, *Viessenbe in π.*
ad ff. de R. N. n.6. Gudelin de jure Noviss. lib.1. c.7. Et hec consuetudo se fundat in jure divino, ubi *Gen. 3. v.16* potestas maritalis illimitata sat fundata est; Unde vet⁹ editio Germanicorū Bibliorū de A. 1493.
 hunc textum Geneseos ita effert: *Vn he schal aver di Heertschapen/ di Vaken the pyngē ende the schlende/ que versio in illustri Biblio- theca Sereniss. ac Potentiss. nostri Electoris conspicua est.* Hinc Roland. à Vall. vol 3. conf. 27. ob causam minimam duriorem coercitionem marito asserit; *Conf. Joan. Neyzan. in Sylv. nuptial.*
lib.1. p. m.34. n.36. seqq. Sed quia Justinianus in *Nov. 117. c.14.* ^{115.}
 non nisi ex urgentissima causa, ob quam aliás divertere licet,
 uxorem cædi permittit; Et cæterae quoque potestates in pietate
 non in atrocitate consistere debent. *S. fin. Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. 5. ff. ad L. Pomp. de parricid.* itaque medianam viam arbitrium judicis commendatam habeat. *Grake, de Autor. privat.*
§.12. n.4.

- Dictum supra divortium non facile concedi, n. si ob adul-
116. terium & malitiosam desertionem, quæ dum interdum oritur ex
probabili & necessaria absentia, si conjugis quidem voluntate,
sed ultra tempus absit, Carpzov. Iprnd. Eccl. P 3. def. 59. n. 5. uti
sic legitimè desertionis processu instituto, vel nuncio probabili
de conjugis morte accepto, possit parti desertæ matrimonium
secundum permitti. Carpz. d. defin. 59. per tot. Sed quid si mari-
117. tus absens redeat, probaturus desertionis causam non subsuisse,
qui forte casu impeditus, redire non potuit? Hoc casu judex
sequestrandam curet uxori, c. 10. X. de re jud. ne cuiquam per
cohabitationem injuria fiat, aut jus alterius laedatur, quod in
mulierem habere videtur. Prior maritus ob matrimonium ad-
huc subsistens, est propter absentiam casuale minus recte rescis-
sum, Carpzov. Juripr. Eccl. lib 3. defin. 58. n. 5. Posterior maritus
ob possessionem, quam Prætore autore juste obtinere videtur,
per l. n. de acquir. poss. Et quia bon. fidei possessor est, dum auto-
re judice comparavit, l. 137. de R. J.
118. Antequam ergo de jure potiori constet, per Decretum Int.
judex disponat, necessum est. Et quia maritus posterior dotem
& cætera uxoris bona obtinet, cum condemnnet, ut alimenta ne-
cessaria uxori interim præstet. In quo loco vero sequestrari
interim debeat uxor, de eo vid. Guid. Fojan. de sequestr. lib. 2. c. 34.
n. 3. C. 4. quanquam hæc improprie dicatur sequestratio, Job.
Gedd. de Sequestr. poss. f. 2. n. 52. ubi exemplum refert de seque-
stratione Sponse, de cuius matrimonio duo inter se disputabant,
utroque sibi matrimonium esse præmissum afferente, qua lite
pendente interim sponsa sequestrata, c. cum. locum 14. X. de Spon-
sal. quod præjudicio Camerali confirmat Andr. Gail. 1. Obs. 112.
n. 16.
120. Quid vero si maritus uxorem adulterii accuset, an pen-
dente lite vel accusatione Decrero Interim, uxor succurrere, &
ad sumptus litis & alimenta maritum condemnare possit judex?
Quod negandum videtur, cum indigna sit uxor legis auxilio,
121. dum contra leges deliquit, l. auxilium 37. ff. de Minor. Ve-
rum cum non statim per accusationem adulterii tollatur matri-
moni-

monium, sed per sententiam demum, Carpeov. Iprud. Eccles. lib. 3. tit. 5. def. 69. n. 8. Nec semper adultera est, quæ adulterii accusatur: Ideo non potest se matitus liberare ab alimentorum & sumptuum litis suppeditatione. Et si id facere recusat, Decreto Int. compelli poterit; Uti pronunciatum in Consistorio Sereniss. & Potentiss. Electoris Brand quod Coloniæ ad Spream est, in causa Philip. Körneris & uxoris eius Anno 648. d. 8. Decemb. his formalibus: Als lieget Klägern ob alles dasjenige dessen Er Be- flagt in antzo beschuldiget, wie recht über Sie auszuführen. In- dessen aber kan Er nicht vor über/sondern ist schuldig Ihr die noth- wendige alimenta, wie auch sumptus litis zu suppeditiren.

Sed an hæc provisio Collateralibus etiam concedenda? 122.
 Resp. Si per collaterales fratres aut sorores intelliguntur, hoc dubio caret, quia hi se invicem alere tenentur, l. 20. ff. solut. ma- trim. & l. 73 §. 1. de jur. dot. quod enim aliqui ad sorores hoc re- stringant, ut illi tantum à fratribus possint alimenta petere, me- ritò aliis displicer, Consultiss. Dn. D VVolfius in prædict. public. ad tit. de alend. liber Reg. 7. Quod itaque judex inter hos in termino con- cedit, illud etiam concedere debet in via, & sic ad litis impensas per Decretum Int. condemnare invicem tenetur. Nec di- 123.
 stingendum, an Consanguinei, Uterini, aut Germani sint, per ea quæ latè ex aliis deducit Coler. de Aliment lib. 1. c. 9. n. 5. seqq. modò aliunde non possint consequi alimenta, nec ingratì erga invicem existant ob illas causas, ob quas ab hereditate possunt excludi, Coler. de aliment. d. l. n. 22. & seq. de quibus causis vide Nov. 22. l. 47. Sic si fratri contra fratrem lis fit, ut alimenta à patre relicta, aut jure primogenitura præstanta, consequatur, interim si fraternitas negetur, provisio fit, Menoch. de præsumpt. 124 lib. 1. c. 35. n. 17. Ultra fratres autem licet Coler. d. l. n. 28. ex- tendat alimentorum præstationem, quia tamen leges tantum lo- 125. quuntur de Fratribus; & hæc provisio etiam litis impensas in se continet, fratum filios excludo: Et de his intelligo, quod ha- bet Papon. de Arreſt. Franc. lib. 18. tit. 1. Arreſt. 34. ubi Collateralibus provisionem concedendam negat.

Controversia in familia oriſi solitis, subiecto Tutelares, 126.
 perso-

- personam seu tutoris, seu pupilli respicientes. Et quia pupillorum causæ privilegiæ maximè sunt ac favorabiles, piisque annumerantur: Hinc pro iis laborare modis omnibus tenetur judex, ut quam citissimè non saltem finiantur, sed etiam ipsorum pupillorum commoda promoteantur. Quod in administratione tutela, quia potissimum contingit, judex eos indefensos non relinquit, sed quām fieri potest, citò tutores nominare & constitutere obstrictus est. Quia verò tutor dativus deficientibus testamentariis & legitimis demum designatur, pr. *Inst. de Attil. tutor.* Si testamento tutor sub conditione datus, l. 8. § 1. sq. ff. de *testam. tutel.* §. 3. *Inst. eod.* ne interim, dum pendet conditio, pupillorum res negligantur, alium tutorem interim dare tenetur judex, §. 1. *Inst. d. t. l. ii. ff. de testam. tut.* quia enim hoc in casu legitimus non admittitur, exclusus per testamentarium, d. l. ii. & pr. *Inst. de legit. tutel. agnat.* nemo nisi judex pupillo providere valet. Secundariò etiam judex caveri tenetur, ne in pupillorum quid fiat detrimentum: Ideoque minimè permittet, ut tutor, qui cum pupillo iudicio agere vult, in rem suam autor fiat, & contra l. 13. §. 4. ff. ad *Sct. Trebell.* duplicem personam actoris & rei sustineat. Quia enim propter affectionem sibi potius, quam pupillo consulteret, arg. l. 10. ff. de *Jdict.* ideo interim, quoad solutio peragetur, ei curator adjungendus, si scilicet alius tutor non adsit. §. fin. *Inst. de autor. tutor.* Sed ex quo hodiè per Nov. 72. c. 1. creditor vel debitor ad tutelam non admittitur, nisi forte mater vel avia sit, Auth. *adbec. C. quand. mul.* casus hic raro contingit, *Frantz. ad Inst. d. §. fin. n. 5.* Eatenus tamen hoc casu Decr. Int. adhuc locum habet, quatenus tutori post tutelam susceptam debitori factò Curator adjungendus, d. Nov. 72. c. 2. *Magnif. Brunneman. in Exerc.* ad *Inst. de autor. tutor.* §. fin. & §. 4. *de Excusat. tutor.*
130. Si pupillo succurrerit quoque judex, quando legitimus tutor est minus idoneus. Quæritur autem, an hoc casu curatorem an vero tutorem aliud det? Curatorem adjungendum puto, quia tuforem habenti, tutor non datur, l. 27. de *test. Tutel.* §. 5. *Inst. de Curat.* Alius enim tutor sine ignominia ejus, qui jam est, non

non posset adjungi; Et iniquum esset pro parte tantum administrare, qui in totum satis dedit. Quod in Curatore non metendum, qui saltem adjuvandi & sublevandi gratia adjungitur. Tutor itaque regulariter non adjungitur; nisi bona in diversis 131. Provinciis sita L. 21. §. ult. de Excus. L. 39. §. 8 de Administ. tutor. Aut si impedimentum in tutori sit perpetuum, vel annos pubertatis excedens, ob quod nunquam praestare posset autoritatem; nam tum, si ab initio adsit, & est re pupilli deprehendatur, tutor alius adjungi potest: Curator enim non semper sufficit, ut in hereditate adeunda L. 17. in fin. ff. de Apell. Magnif. Brunnem. in Exerc. ad Inst. §. 5. de Curator. Quamvis in his casibus vocabulum Curatoris saepè latius accipiatur, & cum Tutoris confundatur, vid. Bachov. ad Treutler. Vol. 2. Disp. 9. th. 1. lit. C.

Similiter quoque pupillo Interim providere tenetur judex, 132. si adversa valetudo tutoris, administrationi impedimento sit; Quia non statim quilibet morbus excusationem praestat à tutela, sed is demum, ob quem ne suis quidem rebus superesse potest tutor L. 10. §. fin. ff. de accusat. Ideo hic distingueendum, inter morbum momentaneum, diuturnum, & perpetuum. Si perpetuus sit morbus, vel nulla spes recuperandæ sanitatis, à tutela planè se excusare potest, quod accidit in valetudinariis & continuis morbis vexatis, L. 40. ff. de Excusat. Si morbus sit diuturnus, id est, non citò restitutio secundæ valetudinis speretur, Curator adjungi potest L. solet. 13. ff. de Tutel. Sive rò morbus subita- 133. neus vel momentaneus, ubi cito restitutio exspectatur, dari interim solet actor, vid. Ludwel. ad §. fin. Inst. de Curat. qui actor à Tutori suo periculo electus, per judicis Decretum Interim, confirmandus, §. fin. Inst. de Curat. l. 13. §. 1. ff. de Tutel. Et hoc Decretum judicis quoque requiritur, in L. un. C. de Actor. à Tutor. dand. Gail. 2. Obs. 107. n. 6. Mysing. cent. 2. obs. 38. Hodie tamen 134. Decretum hoc non requiritur, sed sufficit Actorium à Tutori datum, in quo exprimenda causa constituti actoris, & pupilli bona obliganda; quamvis nihilominus periculo Tutoris administret, Sebas. Vantius de Nullitat. Process. tit. de Defect. Mandat. n. 147. Carpzov. in Process. tit. 5. art. 5. n. 26. Dn. Brunneman. in Exerc. ad Inst.

- 135 *Inst. §. fin. de Curat.* Quanquam insuper necessarium sit, ut talis Actor præter suum Actorium, producat quoque Tutorum ipsius tutoris constituents actorem. *Zanger. de Except. P. 2. c. 8. n. 21.* *Berlich. P. 1. concl. 16. n. 11.* *Carpzov. d. art. 5. n. 33.* Et hoc Actorium finita tutela regulariter exspirat. *Montan. de Tutel. c. 37. Reg. 1. n. 4.* *Berlich. P. 2. Decif. 278.*
- 136 Omni itaque curâ detrimentum pupillorum avertere teneatur judex, & providum se exhibere, etiam si metuatur saltem mala bonorum pupillarum administratio. Hinc quia tutor suspecti judicio irritatus facile malitiosè in rebus pupillaribus versari posset, *Dn. Brunnem. in L. 7. C. de Suspect. Tutor.* Judex per Decretum Int. huic malo obviare debet, administratione ei interim interdicendo, & curatorem dando, *L. 7. C. de suspect. Tutor.* Et licet *Bald. ad L. 14. §. 1. vers. idem dico. ff. de solut.*
- 137 *Montan. de Tutel. c. 36. Reg. 9. n. 10.* *Ludwel. in Comment. ad §. 7.* *Inst. de Susp. Tutor.* hanc interdictiōnē ipso jure fieri potent; vix tamen ex d. l. 7. id probabunt, quæ neutiquam id dicit in verbis prioribus; Et verborum posteriorum sensus est; Si de interdictiōne non constet, eam ex postulatione suspecti esse præsumendam; non autem volunt interdictiōnē ipso jure fieri, quam explicatiōnē particula videtur in d. L. haud obscurè probat, *Magnif. Brunneman. in Exerc. ad Inst. §. 7. de susp. Tutor.* Et quos citat, in *Commentar. Cod. ad d. L. 7.* Et hæc interdictiō quia ex levioribus indiciis non facilè decernitur, dum fama ex parte suggillatur; ac ante litem contestatam vix constare poterit de gravioribus indiciis, non nisi lite contestatâ peragenda: quia ex accusatione oritur, quam ante litem contestatam quis potius præparavit, quam instituit, *L. 15. ff. rem rar. haber. Dn. Brunneman. in Exerc. ad Inst. d. loc. Mey. in ius Lubec. lib. 7. artic. 5. n. 21.*
- 138 *Pupillorum commodum nulla ratione magis promoveri puto, quam alimentorum designatione, dum vento nemo vivit, L. fin. C. de Alim. pupill. prestand.* Hanc designationem licet ipse tutor interdum, si expediat, secreta patrimonii & æs alienum non pandi, ut loquitur *Imp. Alexander. in d. L. fin. peragere, imo etiam de suo pupillum alere, & postea sine exceptione à pupillo repetere*
- 139 *Pupillorum commodum nulla ratione magis promoveri puto, quam alimentorum designatione, dum vento nemo vivit, L. fin. C. de Alim. pupill. prestand.* Hanc designationem licet ipse tutor interdum, si expediat, secreta patrimonii & æs alienum non pandi, ut loquitur *Imp. Alexander. in d. L. fin. peragere, imo etiam de suo pupillum alere, & postea sine exceptione à pupillo repetere*

repetere possit per d. L. fin. C. d.t. si illa arbitrio boni viri fuerint determinata. Menoch. lib. 2. A.I.Q. cas. 169. Ut plurimum tamen à Magistratu pro quantitate fructuum bonorum pupillarium alimenta assignantur. L. 3 §. 1. & fin. ff. Ilbipup. educ. vel morar. deb. Quia vero de fructuum quantitate constare debet ex ore tutoris, si is copiam sui facere detrectet, Decreto int. Judex pupillo prospiciens, eum mittit in bona tutoris, §. 9 Inst. de Suff. Tutor. ut si. faciliter tutorem cogat. In qua missione id speciale videtur, quod popillus morā deteriora futura, possit distrahere per curatorem datum, d. §. 9. Inst. cum cæteris possessoribus nulla custodia saltem & rerum observatio cominissa, l. 12. ff. quib. ex caus. in poss.

Sed quæritur; An si pupillus tutorem conveniat pro debitis exsolvendis, hâc lite pendente, sumptus litis ei assignare inter- 141 rim ex bonis tutoris judex possit? Et hoc expressè negatur in L. Imperatores 17. ff. de Tut. & Rat. disfrah. quem textum ita explicat Cæsar. Ursill. Annos. ad Matth. de assilic. Decis. Neapol. 10. n. 7. quod scilicet loquatur de casu, quo appetet tutorem aliunde bona habere, quam ex administratione tutelari, & sic pupillus habeat præsumptionem juris contra se, forte per inventarium nullis bonis pupilli repertis. Sed putarem textum illum explican- 142 dum esse, de casu ubi ipse pupillus necessaria subsidia habet. Si enim inops esset, & præsumptiones sufficienes pro se haberet contra tutorem, non deterioris conditionis esse ac cæteri pau- res, deberet; sed ipsi quoque à Tute cum quo litigatur sum- ptus litis suppeditandi.

Non tantum privatorum, sed & publicum commodum 143 judex promovere obstrictus est, itaque omni modo præcidere debet ansam grassandi in re publicâ: Quam dum potissimum arripiunt illi, qui in iudicio de crimine aliquo accusati, judex eā amputare debet suspensione ab officio, Dn. Mey. in jus Lubec. lib. 1. tit. 7. art. 5. n. 19.

Sed qui hæc poena est, Carpzov. Iprud. 144 Forens. P. 2. C. 22. D 23. n. 4. non debet ante infligi, quam de ipso delicto probabiliter constet; Ideoq; non statim post accusatio- nem suspendendus, sed postquam ex indiciis haud levibus con-

- stat, illum graviter delinquisse, *Mev. d. l. n. 21. Carpzov. d. l. n. 5. Dn. 145. Brunneman. ad d. l. 7. C. de Suspedit. Tutor.* Et si de hoc constet, interim non est alendus ex redditibus officii contra *Rebuff. de Sent. prewis. in prefat. n. 115.* aliás hac spe audacior factus, per calumniam ex lite litera trahere posset, ut se interim sustentaret, & publicum pecuniā spoliaret. Et dum ob indicia contra illum militantia pœna dignus, beneficiis cumularetur. Ideo *Rebuffi* opinionem admitto, si suspicione non adeo graves, vel indicia remota contra aliquem militent, sic enim non statim redditibus 146 officii privandus. Quid si vero à sententia suspensionem, dictitante appellaverit, alter, eo casu dubium non est, quin pendente appellatione nihilominus redditus officii percipere debeat, *L. un. §. Ergo. 4. ff. nihil nov. appellat. interposit. Conf. supr. n. 30. sq.*
- 147 Pertractatis hoc modo casibus præcipuis, in quibus, si circa personas lis ventiletur, judex interim decernere possit; Jam ad bona, quatenus Interimistica judicis dispositioni subjacent, 148 accessum facio. Universalia se primum sistunt, quæ nomine hereditatis veniunt, *l. 62. de R. f. l. 208. de V. S.* De hâc judex varié interim decernit, dum controversia super illa vertitur. Et cùm viventis nulla hereditas, *l. 1. de hered. vend. l. 1. pro hered.* ante omnia de morte constare debet ejus, cuius hereditas petitur *l. 34. ad St. Trebell.* Si itaque dubium an mortuus fuerit, quia super hereditate decisio sequi nequit, administratio bonorum proximis Agnatis committenda interim, qui aliás heredes 150 futuri essent, *Bart. ad l. 1. ff. de curat. bon. dand.* modo idoneam offerant cautionem fidejussoribꝫ aut pignoribus peragendam, cùm juratoria hic non sufficiat *l. 114. §. 12. ff. de Leg. 1. Peck. de jur. fist. c. 45. n. 8.* Et nisi satis cautum sit, judex tenetur in 151 subsidium. *Mev. dec. 61. p. 2.* Si autem constiterit de morte, inspiciendum an testatus, an intestatus decesserit, & primò testamenti ratio habenda, *l. 39. de acquir. hered.* Ad quod, ut eō magis de deliberatâ mente testatoris constet, cum certa solennia ad amissim observanda requirantur, ut vires habeat; si de iis constet ex oblatione testamenti vitio visibili in loco substantiali, (in non substantiali enim non nocet *Menoch. ret. poss. reim.*

4.n.709.

4. n. 709. *Grassis recept. sent. lib. 2. q. 13. n. 14.*) non laborantis, ex L. fin. C. de Edict. div. *Adrian. toll.* scripto heredi possessionem interim decernere potest. Nec audire tenetur alterum, qui ex-153. ceptionem respectu personæ testatoris vel testamenti opponere vult, *Menoch. remed. adip. poss. 4. q. 82. n. 683. seq. Dn. Brunueman. in Process. Civ. c. 1. n. 52.* Quia vero beati possidentes, & executio contra illos admodum difficilis, ne lites præter necessitatem, 154. multiplicetur aut protelentur, illas exceptiones admittere tene- tur judex, quæ in continent, vel ex ipso testamento, vel aliu- de probari possunt, *Menoch. d. l. n. 229.* modò processus summa- rius per eas non mutetur in ordinarium *Dn. Brunnenm. d. l. n. 53. Ro-* 155. *land. à Valle cons. 1. n. 73. vol. 1. Carpz. P. 3. C. 5. d. 18. n. 8.* Si autem super jure ac viribus testamenti lis jam contestata, ideo quia alter jam est in possessione & contradicit, ut id declarat *Sichard. d. l. n. 30.* in Comm. Cod. interim immittere nequit judex, sed omnia in eo statu relinquenda, quo ab initio litis fuerunt, *Dn. Mey. P. 2. Dec. 281. n. 8.* tum enim à generali regula lite pendente nil inno- vandum, non est exempta, *Sichard. ad l. fin. C. de Edict. div. Adr. toll. n. 30.* quanquam & hoc casu provisio fieri possit illi, cui quid in testamento relictum, *Job. Wames. Consil. Jur. Civil. Centur. I. 156.* *Conf. 41. n. 2.* De legitimo contradicatore autem quinam il- le sit, vid. latè *Menoch. adip. poss. rem. 4. n. 554.* & multi seqq. & Ce- sar Argelius in speciali Tract. de Contradic. legit. Hæc immissio 157. autem locum habere potest in omni testamento, etiam imperse- cto, modo in suo genere perfectum sit ut in testamento inter libe- ros, *Dn. Brunnenm. ad tit. C. de Edict. Div. Adr. toll.* Etiam in te- 158. stamento nuncupativo per Notarium in scripturam redacto, *Sichard. in L. fin. C. de Edict. div. Adr. tollend. Dn. Brunnenm. eod. imò* etiamsi in scripturam non sit redactum, modò testes examinati, & eorum dicta publicata *Menoch. rem. adip. poss. 4. q. 13. n. 91. Gras- sis recept. sent. lib. 2. q. 14. n. 2.* citatis iis quorum interest, *Sichard. ad l. 2. C. de testam. n. 4.*

Sed quid si duo hæredes diversa testamenta proferant, 159. & non constet, quodnam posterius, cui tum possessio interim concedenda? Resp. propter incertitudinem, quia res exitum in-

- venire nequit, neuter admittendus. *Sichard. ad l. fin. C. de Edict. div. Adr. toll. n 26*. Idem est, si eodem die & horâ duo confecta testamenta proferantur, sic enim non jus deficit, sed probatio, *l. 30. ff. de test. tur. ibiꝝ Dn. Brunnen. Comm. n. fin. Grassus d. l. q. 13. n. 160. 13. & lib. 1. §. testamentum quest. fin.* Nisi in uno omnes illi instituti, qui aliâs venirent ab intestato, nam tum hi immitterentur per *l. 2. ff. de injust. rupt. l. 21. §. 3. C. de testam. ibiꝝ Godoſr.* Aut nisi unius testamenti heredes jam sint in possessione, nam tum in eâ defendendi, quia in pari causa melior conditio possidenti-*l. 128. de R. I. L. 15. C. de R. V.* Tertiò id limitant, nisi in altero testamento esset aliquid relictum ad pias causas; summa enim ratio, quia est, quæ pro his militat, *l. 43. ff. de religios.* ideò hoc testamentum præferendum. *Sichard. ad l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll. n. 27. seq. Michaël Grassus recept. sent. lib. 2. §. Transmissio. q. 13. Menoch Adip. poss. rem. 4. qu. 95. n. 781.*
- 163.** Defunctorum voluntates exitum habere, quia publicè interest; de ea autem ante aperturam testamenti constare neutiquam potest, hinc ea promovenda, & à jude dicte publicatio decernenda. Ac licet pars adversa per appellationem illam impedire vellet, non tamen attenta illa, *judex interim aperturam & possessionem concedit, donec in ordinario judicio aliud patuerit l. 6. C. quorum appell. non recip.* *ibiꝝ Dn. Brunnen. l. ult. ff. de Appell. recip. Mev. p. 3. dec. 405.*
- 164.** Dum autem judex sedulò curare tenetur, ne alicuius jus suum sine causâ, pendente lite auferatur; in hereditate se etiam providum demonstrare debet, ne alter alteri hereditaria vultu reo raptu præcipiat ac eripiatur, & huic dum melius sequestratione obviare nequit, eam, quoad de jure potiori constet; concedit, quod salutari conservatudine Germaniæ invaluisse testatur *Gail. de Arrest. 6. l. 8. 22.* quo finita lite quilibet, quod suum est, consequatur, nec magnis impendiis in item factis ab altero defraude-*165. tur, arg. l. pen. §. fin. ff. ad l. Falc.* Et hoc in casu, quo neuter possidet, expeditum, ubi sine præjudicio litigantium utriusque utilitatem imminutam sic conservare potest. *Coler. de Process. Exec. 166. p. 1. c. 2. n. 135.* Dubium autem, an judex ad sequestrationem pervenire

pervenire possit, si alter litigantium possessionem jam arripuit, quia sic conditionem meliorem obtinet ei non facile auferendam: Sic distinguendum, an illegitimo modo habeat, dum absentem æquali jure gaudentem antevertit; præventione quadam antiquioris possessionis, & sequestratio nihilominus dictanda. Hæc enim sequestratio licet regulariter prohibita *L. un. C. de prohib. sequestrat.* dum pendente lite sua possessione nemo privandus t. t. *X. ut lit. pend.* quia sequestratio similis est executioni à qua non incipendum *L. I. C. de Except. rei jud.* Sed primò reus convincendus, & sic dein ad satisfaciendum compellendus *d. l. un. C.* Quia tamen hic subest fraus & metus dilapidationis, ad sequestrationem accendum *Gail. 2. Obs. 147. sq. vid. l. 21. S. 3. de appellat.* Maximè quia partes facile etiam ad arma venire possent, *Rebuff. P. 3. ad Constit. Regn. Gall. tr. de Sequestrat. art. 1. gl. 2. n. 3. sqq. Dn. Mevius P. 2. Decis. 239. & 246. Dn. Struv. ad ff. Ex. 22. tb. 46. sqq.* Et hæc clandestina, & initio vitiosa possessio non debet juris effectum operari, ut tradit *Gail. de Arrest. c. i. n. pen.* Et actus possessorii turbativi non attendendi *Post. de Manuten. Obs. 71. n. 5.* Ea quippe præoccupatio tendens in alterius captionem ac injuriam, factum improbum & vitisum continet, ex quo possessio quæri non debet, *Cothman Vol. I. Resp. 9. n. 181. sq. Carpz. Dec. 225.* Et quia ideo occupatio saltē facta, ut alterum possessorio ordinario, longis processibus & litium tricis iniquè fatiget, & clandestina & fraudulentia detestanda, ut id latius deducit *Gail. de Arrest. c. II. n. 33. seq.*

An vero legitimè & non improbè possessionem arripuerit, 167
& defendendus, etiamsi una saltē hora citius in possessionem
venerit, *Cothm. Vol. 3. Resp. 35. n. 127.* Modo in eo dissipata 168.
tionis fraudisvè periculum non sit, aut si sit, securitatem tamen
pars adversa habeat per sufficientem cautionem, vel immobi-
lium possessionem, quæ aliàs loco cautionis est *L. 15. ff. quis satud.
cog. Gail. I Obs. 148. n. 1. seqq. Dn. Mey. p. 2. dec. 247. & p. 3. dec. 189.*

Ideoque quia liberorum injusta possessio dici nequit, illi 169
in possessione præ alii manutendi, etiamsi controversia sit:
an bona sint hereditaria. Et hinc *2. F. 26. §. 1.* deciditur, quod
lite-

lite inter filiam & Agnatos de rebus, an feudales, an allodiales sint, durante, filia possessionem interim retinere debeat, quia etiam alias res potius præsumitur allodialis, quam feudalis, Matth. de Afflict. Decis. Neapol. 276. n. 6. & 7. Mascard, de probat. concl. 79. Mys. cent. 5. obs. 25. Dn. Struv. Syntagm. Fendal. cap. 16. Aphor. 116. Carpz. P. I. C. 27. dif. 7.

- 170 Sed quid si intestatus quis mortuus fuerit? Quia ordinis gradumq; ratio in successione attendenda per Nov. 118. Interimistico Judicis decreto multa relinquntur, præcipue si remotior gradu defunctum attingant, qui succedere optant; antequam itaq; de proximitate constet, in disputationem multa interim decidenda veniunt. Præcipue de ipsa possessione definiendum, cui interim committenda. Si vacet, & tam citò de jure potiori constare nequeat, vacantis possessionis sequestrationem fieri nil prohibet, nec nocet, sed multum ad conservandas res & jura utriusque litigantis expedit, adeoque id justè fieri interim, dicit & suadet Menoch. recip. poss. rem. 1. n. 322. Coler. de Process. exec. p. 1. c. 2. n. 125. Nevizan. in Sylv. nupt. lib. 1. n. 81. Saigad. 171. in Labyrint. cred. p. 1. c. 13. §. 1. n. 15. Et hic sequester, quia possessionem habet Postius de Manuten. obs. 52. n. 19. Menoch. ret. poss. rem. 3. n. 93. à judice monendus, ut diligenter attendat, quæ ad conservationem, usum & fructum rerum spectant Dn. Mev. P. 2. def. 343. cum judicis sit. omnia quoad finem litis integra servare utrique partium Lancellot. de Attent. p. 2. c. 12. lim. 16. n. 6. & 8. Salgad. in Labyr. cred. p. 1. c. 13. §. 1. n. 35.
172. Licet super possessione hereditatis, finita, nondum tamen Interimistica Decreta locum habere desinunt, sed multis casibus finem imponant necessum est, & litigantibus consulant. Si itaque super hereditate lis sit morta, filio qui vivo testatore quodammodo bonorum dominus erat, §. 2. Inst. de hered. qual. & respectu legitimæ creditor dicitur arg. 1. si quis in suo C. de inoffic. Testam. Menoch. A. J. Q. lib. 2. cent. 2. cas. 143. n. 11. pendente quæstione super hereditate, non solum forte & quæ ac aliis, aut magis admittendus, possessorem condemnabit judex, ut interim alimenta 173. præstet per l. 27. §. 3. ff. de inoffic. test. Ac licet hic textus loquatur

quatur tantum de secundâ instantiâ, quia tamen ratio, ne fame pereat, est generalis, in primâ etiam instantiâ id ex æquitate obtinebit, Dn. Brunnem. ad d. l. 27. § 3. Matth. de Afflict. Decis. Neapol. II. n. 2. de quo pluribus in cap. seq. P. Rebuff. de sent. præjud. art. I. gl. 2. n. 5.

Nec distingendum duco inter filios, cùm etiam natura. 175.
libus in omnem eventum alimenta debeantur, Dn. Brunnem. ad Auth. licet. C. de natural. lib. adeoque ratio generalis, ne fame pereant, interim ad illa assignanda judicem movebit, Conf. Job. w. ames. Consil. Jur. Civil. Cent. I. Consil. 41. n. 6. Perr. Rebuff. d. art. I. gl. 2. passim. Conf. Gudelin. de jur. Noviss. lib. I. c. 15. Tulden. ad t. G. de alend. liber. & Peretz. ibid. Et quia venter dilationem non 176.
patitur l. fin. C. de alim. pup. præstand. alimenta filio præstanda etiam durante deliberationis petita tempore, l. 9. de jure delib. Rebuff. d. l. gl. 2. n. 4. l. 51. pr. in fin. ff. de petit. hered.

Idem dicendum, si conditio potestativa, sub quâ heres in- 177
stitutus, citra culpam filii pendeat, nam & tum alimenta interim assignanda, l. 2. §. sub conditione ff. de bon. possess. Rebuff. d. art. I. gl. 2.
n. 21. Modò hereditati non sit renunciatum, sic enim acce- 178.
pit pretium, quod in locum rei succedit l. quia 38. ff. de ll/usfr. &
habet contra se præsumptionem, quod jure & legitimè renun-
ciaverit. Menoch. de præsumpt. lib. I. c. 35. n. 27. seq.

Sicut itaque eorum liberorum, qui in rebus humanis sunt, 179
curam habet judex, ita nascendos propter spem futuram non ne-
gligere debet. l. i. ff. de ventr. in poss. mitt. ac quia pro jam natis re-
putantur, quoties eorum vertitur commodum l. 7. & 26. ff. de stat.
hom. èodem modo illis interim assignando, succurrere debet ac
jam natis t. t. ff. de ventr. in poss. mitt. Rebuff. d. l. n. II. & n. 35.
Sed quantam hereditatis partem illis tribuet? Resp. Si ab in- 180
testato succedatur, & concurrat unicus jam natus filius, quartam
hereditatis partem interim superstiti assignabit, uti decidit l. 3. in
fin. ff. si pars hered. pet. l. 28. §. fin. de judic. l. 7. ff. de reb. dub. cùm ter-
tius nasci possint. Et hæc provisio in gratiam posthumam de- 181.
creta locum etiam habet in feudis; Quando enim dubium, an

mulier prægnans marem vel fœminam editura, etiam in feudo eousque relinquenda, donec de eo constet.

182. Ut liberis parentum, ita parentibus liberorum piè relinquendi debet hereditas l. 15. ff. de inoffic. testam. Illis ob commune parentum votum, his ob rationem miserationis l. 7. §. fin. si tab. test. null. ext. Itaque ut liberis interim succurrebatur, ita etiam parentibus, si eis de successione controversia moveatur, alimenterum assignatione subveniendum. Vid. Rebuff. de sent. prejud. art. 1. gl. 2. n. 9. Petr. Gudelin, de Jure Noviss. lib. 1. cap. 14. §. porro.

183. Confer. l. 5. §. 17. ff. de liber. agnosc. Nec distinguendum inter matrem & patrem, quia eadem ratio, idem quoque jus erit ac dispositio arg. l. 4. C. de liber. præter. præsertim cum mater æquè ac Pater heres instituenda Nov. 115. c. 4. Confer. supr. n. 91.

184. Quia autem in casu quo res hereditariae periturae aut detiniores futuræ, possessori multa interim permittenda E. G. alienatio l. 5. l. 53. de petit. hered. eo enim ipso dum possidet, plus juris habet, non possidente l. 2. Ut poss. l. 7. §. 1. de pet. hered. Ideò ei permittenda quoque exactio eorum, quæ debentur l. 49. de petit. hered.

185. Quia tamen hic & debitori cautio præstanta, ut indemnis sit, & petenti hæreditatem in casum victoriae etiam consulendum, judex decernere potest, ut interim id quod exactum, in judicio deponatur, l. 1. §. 37. l. 5. §. fin. ff. depos. Dn. Mev. p. 3. Dec. 46.

186. Non verò tantum heredi & petitori hereditatis prospicere tenetur judex, sed etiam legatariis providere interim, dum suum petunt, ubi tamen ante omnia requiritur, ut ultima illa voluntas sive testamento sive codicillis declarata subsistat, alias frustrè auxilium judicis imploratur. Testamento seu ultimâ voluntate subsistente, quia heredis jus in dubium vocari vix poterit, postquam vigore testamenti in jus defuncti successit, & personam ejus præsentat, voluntatem defuncti quantum ad legatarios implere obstrictus est, adque hoc judex eum cogere potest, legatorum vel fideicommissorum servandorum causa in possessionem mittendo t. t. ff. & C. ut in possess. legat. donec id quod purè legatum præstetur, vel pro eō quod in diem relictum

fatisdetur

187. Non verò tantum heredi & petitori hereditatis prospicere tenetur judex, sed etiam legatariis providere interim, dum suum petunt, ubi tamen ante omnia requiritur, ut ultima illa voluntas sive testamento sive codicillis declarata subsistat, alias frustrè auxilium judicis imploratur. Testamento seu ultimâ voluntate subsistente, quia heredis jus in dubium vocari vix poterit, postquam vigore testamenti in jus defuncti successit, & personam ejus præsentat, voluntatem defuncti quantum ad legatarios implere obstrictus est, adque hoc judex eum cogere potest, legatorum vel fideicommissorum servandorum causa in possessionem mittendo t. t. ff. & C. ut in possess. legat. donec id quod purè legatum præstetur, vel pro eō quod in diem relictum

fatisdetur

Satisdetur l. 6. C. d. s. Et hæc missio hodiè fit in res hereditariae, non omnes, ut olim, l. 13. l. 8. ff. d. s. sed aliquas saltem. ^{188.}
pro quantitate legati arg. Noy. 53. c. 4. §. 1. In res heredis proprias non mittitur legatarius, nisi post sex menses d. l. 6. C. d. t. Nec legatarius immisus Dominus fit, sed magis custodia ei data quam possessio l. 5. pr. ff. d. t. Ideò si tædio perpetuæ custodia heredi cautionem aut satisfactionem extorquere nequit, legatum authoritate judicis consequi potest l. 5. C. d. r. Imò & Legatariis pendente lite super testamento vitio tamen visibili non laborante, Decret. Inter. provideri potest de alimentis
VVameſ. cent. 1. Confil. 41. n. 2.

Dum verò, quomodo in petitione hereditatis post mortem alicujus iudex ad interim disponere possit, dictum; Ea occasione quoque, quomodo iudex, si post mortem conjugis Conjug superest dotem repetere velit, interim pronunciare possit, subjiciendum. Hoc casu verò ita dicendum: Vidua aut est in possessione bonorum mariti, aut non: Si in possessione, ea ipsi interim non afferenda, si probaverit, aut alias constiterit, maritum ejus fuisse in possessione vel quasi, nam quia una persona cum marito habetur, c. admonere 33. q. 2. & dum accessione ex antecessoris personâ utitur, eadem habetur possessio l. 13. §. 1. seq. de acquir. poss. quia fictione juris inter has personas est repræsentatio d. c. admonere. adeoque persona mutata, possessio non mutata est, postquam à Successore apprehensa. *Lancell. de Attent. p. 2. c. 4. lim. 1. n. 2. 4. seq.* Hinc heredes aut creditores conqueri non habent, si in possessione defendantur, quoad dotem consequatur *Dn. Mev. p. 3. dec. 176.* Si autem extra possessionem ^{192.} bonorum sit, & ei controversia moveatur, iudex possessores interim condemnabit, ut ei alimenta præstent, *Coler. de alim. lib. 1. c. 14. n. 47.* ibique allegati *Covarr. pr. quæſt. c. 6. n. 6.* qua alimenta etiam præstanta intra annum, quo dies in pecunia numerata consistens apud heredes remanet, *l. unic. §. 7. C. de R. II. A. Rebuff. de sent. provis. art. 3. gl. 1. n. 10. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. jur. univ. lib. 9. c. 20. n. 9.* Et quo tempore apud Nos in Marchia portionem Statutariam, quæ est dimidia bonorum, nisi pactis do-

- talibus aliud cautum, nondum consecuta est, Schepliz. ad Consuet.
194 March p.3. tit.2 n.10. Imò debentur etiam eo tempore, quo
heres nondum adiit, ne interim vidua fame pereat, nec afflictæ
195 addatur afflictio, l.14. ff. de offic. Praef. Rebuff. d. l. n. 14. Et si
cum ipso marito super restitutione Dotis litiget uxor, alimenta
etiam suppeditare interim tenetur Maritus. Cesar. Ursill. Annot. ad
196 Matth. de Afflict. Decis. 10. n. 1. Sufficit autem, quod maritus
tot vel tot dotis nomine se accepisse confessus fuerit arg. l.4. C. de
dot. prom. ibid. Sichard. nam dum ex pacto tacito maritus sum-
mam confessam ab uxore petere potest, Dn. Brunnem. ad d. l. uti-
que etiam alimenta respectu ejus summae debentur, Rebuff. d. l.
197 n. 19. Quamvis enim confessio mariti de dote illata Credito-
ribus præjudicare nequeat, Carpz. P. I. C. 28. D. 72. Anton. Faber.
Codic. Sabaud. lib. 5. tit. 10. d. 1. ipsi marito confitenti tamen noce-
bit, qui proprium factum impugnare nequit; nisi tamen salva
sint tempora, intra quæ Exceptio dotis cautæ non numeratæ op-
poni possit, de quo vide Novell. 100. cap. 1. & 2. Auth. quod locum
C. de dot. caut. non numer.
198 Universa cujusque bona in controversiam veniunt, si ali-
quis mole debiti prægravatus, concursum creditorum excitet, in
quo dum multa Decreto Interimistico judicis subjacent, præcipua
jam explicanda. Ante omnia verò judex illos, quijus re-
199 tensionis habent ut uxorem, liberos, aliosve in possessione de-
fendere tenetur, quia cessio bonorum, quæ concursum facit,
debitori quidem dominium aufert, aliis autem jus retentionis
200 non adimit. Quæ tamen ipsa retentio non tribuit jus ad-
ministrationis, quia diversa sunt, & sic ab iis malè sit illatio
arg. l. fin. ff. de Calumniat. Dn. Mevius P. 2. Decis. 255. Adeoq;
201 nisi caveat uxor jure retentionis utens, vel compositores acci-
pit, vel curator bonis datur, aut res sequestratur, uti judicatum
à JC. Jenenf. anno 568. m. Novemb. Coler. de alim. lib. 1. c. 13. n. 32 Post concursum enim excitatum par omnium creditorū est con-
ditio, ut antequam prioritatis ordo definitus, nemo sibi aliquid
præ cæteris arrogare possit, per L.6. §. 7 ff. quæ in fraud. Cred. præ-
ter id quod lex specialiter concescit, ut hoc casu retentionem

Dn.

Dn. Mey. d. p.3. dec. 255. & P.4. Dec. 88. Dn. Brunneman. Comment.

Pandect. ad L.25. ff. solut. Matrim. n.8.

Quod vero de administratione non statim cum jure reten-²⁰²
tionis conjuncta dictum, intelligendum, nisi heredes simul fa-
cti illi, qui jure retentionis utuntur, quamvis saltet cum Inven-
tario, nam tum, quia Domini sunt, l.31. §.1. de her. inf. admini-
strationem etiam habent, & procurare debent, ut creditoribus
pro viribus hereditatis satis fiat, Si autem heredes esse no-
lint, sed tantum jure retentionis uti, administratio consentien-²⁰³
tibus creditoribus ipsis deferri potest. Alias curator bonis datur,
l.i. ff. de curat. bon. dand. Salvo tamen jure retentionis, Dn. Brun-
nen. Comment. Pandect. d. L.25. n.9. Dn. Mey. P.4. Decis. 307. Et²⁰⁴
tum heredes & vidua, qui jure retentionis etiam utuntur, litis
impensas in processum concursus necessarias interim praestare ex
bonis tenentur, dum hi sumtu communem suam & cæterorum
creditorum causam concernunt Mey. p.2. dec. 345. p.3. dec. 255. seq.

Sic etiam, si miseris personis & piis corporibus quid debea-²⁰⁵
tur, ut interim usuræ ipsis solvantur judicem decernere debere,
pronunciatum refert Dn. Brunnem, Comm. Pand. ad l.27. §.3. in fin.
ff. de inoffic. Test. Porro Venditio bonorum nunquam ferè sine in-
commodo creditorum differtur. Semper quantum accessionis
ex pretio sperant, tantum decedit per moram, qua plerumque
deteriora sunt. Hinc licet alias ad distractionem bonorum
vel pignorum, nisi ubi jus liquidum est, non deveniatur. Quia
tamen hic debitoris, qui cessione omne jus suum remisit, nil in-
terest, Faber in Cod. lib.8. tit.16. def 6. ob casuum pericula & admi-
nistrationis difficultatem venditionem nil impedire potest Dn. Mey
p.2. D.169. si judex, & major pars creditorum potius vendere,
quam curatori subjicere velint l.1. §.1. de curat. bon. dand. l.7.
§.fin & l.seq. ff. de pact.

De pretio itaque quis assevare debeat, videndum. Quia²⁰⁷
autem ad judicem spectat, prospicere, ut creditores non tantum
citissime, sed etiam plenissime creditis potiantur arg. l.2. C. de
prætor. pign. Et ut apud curatorem bonorum, qui distrahere
solet, per L.23. §. pen. ff. Mandat. l. pen. & ult. ff. de cur. bon. dand.

permaneat, non semper expedit; nisi in possessionibus illius plenissima securitas esse possit. Ideoque judex secundum majoris partis creditorum consensum l. 7. §. fin. l. 8. ff. de pass. decernet, an pecuniā emtori interim relinquenda, an verō aliū sub usuris concedenda, aut an otiosa in judicio deponenda Dn. Mey. p. 2,
dec. 170.

208 Uti autem aliás non eadem omnium conditio, sed alius alio dignior ac magis privilegiatus; Ita etiam iis, qui concursum creditorum excitarunt, eandem sortē non subeunt, sed aliquib⁹, qui ex beneficio Competentia non ultra id quod facere possunt, excutiendi, relinquendum ne egeant per l. 173. pr. ff. de R. J. Quod ipsum non tantum sub finem processus Concursus, sed etiam durante lite attendere debet judex, & interim adjudicare,

209 ex quo vivere possint. Eorum autem numero, quibus relinquendū, quo-competenter vivere possint, qui veniant vid. l. 14. in fin. solut. matr. l. 20. de Re jud. l. 30. de Re jud. l. 9. ff. eod. l. 16. ff. de obseq. parent. & patr. pref. Dn. Brunnem. in Exerc. ad Inst. t. de Act. §. 38. l. 63. de Societ. l. 50. de rejud. l. 6. pr. l. 18. d. t. Salgad. in Labyrint. p. 1. c. 24. n. 4.

210 Sed ita demūm his personis interim prōvidet judex, si illi, ad quos respectum habent, super bonis litigent, aut alii ex eorum personis agant. Ethenim contra extraneos beneficium competentiae nil quicquam prodest per dd. LL. Ex quo conse-

211. quens est, quia Milites, Doctores, Advocati, respectum ad omnes habent, semper ipsis in concursu alimenta assignanda ut putant Salgado d.l. Surdus de alim. tit. 1 qu. 78. n. 22. Et quia ideō saltem ali-

212. menta relinquuntur, ne egeant l. 173. pr. de R. J. §. 38. & 40. Inst. de act. non uti aliás pro dignitate & qualitate persona, cui debentur L. pen. de alim. leg. sed juxta indigentiam saltem, pro vita sustentatione & sublevandā necessitate, ne egeant, praestanda & decernenda Francif. Salgad. in Labyr. p. 1. c. 24. n. 19. & 25. sq. quia non de bonis suis, sed potius creditorum alimenta percipiunt, Covarruy. var. resol. lib. 2. c. 1. n. 6. Surd. de alim. tit. 8. priv. 28.

213. Cætera quæ pendente concursu judex decidit, ut uni adjuncando, quod ipsi certò solvendum, aut uni gratificando, cum ad

Decre-

Decretum Interimisticum non pertineant, lubens omitto, & brevitatis causâ me remitto ad Dn. Merv. p. 2. dec. 269. p. 3. dec. 141.

& 174. Excellentiss. Dn. D. Rhetium in disp. de non gratificando.

Uti super rebus Universalibus lité durante interim multa 215.

decernebat, ita de particularibus quoque judex disponere interim potest. Quod juris enim quis habet in toto, id etiam ipsi concedendum in parte L. 76. de R. V. Quare si de particulari aliqua re controversia, providebit ante omnia judex, ut exitum judicium habere poscit, nec sub justo clypeo aliquis succumbat, de alimentis itaq; & litis impensis quatenus interim disponere possit, videndum.

Regulariter autem nemo adversario suo 216 sumtus litis subministrare tenetur L. 17. ff. de tut. & rat. distr.

Sed litigaturus ipse denarios secum apportare tenetur, ut sumtus in item ferre possit. Gl. ad d. l. 17. Nimis enim durum esset ab Adversario petere, ut tela contra seipsum præberet L. 4. C. de Edend. l. 7. C. de testib. Siverò Actor pauper contra reum di.

217. vitem de alimentis, aut de suo aut communi litiget, & pro se habeat præsumptionem aliquam certam, judex interim non tantum ad alimenta, sed etiam sumtus litis condemnare potest divitem, Dn. Brunneman. Comm. Pandect. ad l. 27. n. 8. de inoffic. Test. Dn. Merv. p. 4. dec. 194. Carpz. p. 3. Dec. 242. n. 26. Papon. de Arrest. Franc. lib. 18. tit. 1. Arrest. 21. Guido. Pap. Decis. 561. Conf. infr. c. 3. n. 49. Quia hoc casu 218.

non tam decernuntur de alieno, quâm de proprio patrimonio, & præsumtio justitiae cum paupertate concurrens id exigit, ut æquissimum in provisionali adjudicatione se præbeat judex, Faber in Cod. lib. 8. t. 6. def. 2. n. 2. Surdus de Alim. tit. 1. qu. 20. n. 9. Hartm. Pistor. p. 1. qu. 20. n. 5. Hinc etiam inopi vasallo contra domi.

219. num litiganti, alimenta ex bonis, de quibus lis, ministranda, Coler. de alim. lib. 1. c. 14. n. 48. Menoch. de præsumpt. l. 1. Q. 35 n. 22.

Neq; attendere debet judex; an bona illa antea ab actore possesse 220 fa, quia hæc provisio adjudicanda, etiamsi nunquam possederit, modò certa præsumtio adsit, bona ad agentem pertinere arg. L. 27. §. 3. de inoffic. test. c. ex parte 11. X. de Accusat. ibique Felin. Surd. d. l.

Idem dicendum, si aliquis agat contra Fiscum, nam quiazz.
hoc

hoc casu de singulari ejus privilegio non constat, ubi debet jure communi, & sic pauperi litiganti subministrare sumptus litis & alimenta. *Surd. de alim. tit. i. qu. 120. n. 15. seq.*

222. Nec distinguendum; an reali vel personali actione agat: quia nulla ratio diversitatis datur, quare non creditor i suum reponscenti idem sit indulgendum, si illius intentio liquida, & exceptio opposita altioris indaginis. *Faber d. l. Dn. Mey. p. 4. 223. dec. 194. Dn. Brunnem. Comm. ad l. 27. ff. de inoffic. test. n. 9.* Etiam si consanguineos locupletes habeat, à quibus in subsidium ali posset, quia hæc adjudicatio de bonis propriis quodammodo fit, *l. 49. l. 143. ff. de V. S. l. 15. de R. J. Coler. de Alim. lib. i. c. 14. n. 50.* Ideo æquius arg. *l. 1. §. 2. de ventr. in poss. mitt. superflua facere impendia, quām alimenta illi negare, qui aliquo casu futurus est do-*

224. minus. Atque sic alimenta & sumptus litis non sunt discernenda, quia nil prodebet actori, si subministrarentur sumptus litis, & ob defectum alimentorum cogeretur desistere à persecutio-
tione rerum suarum, & alimenta sunt favorabiliora quām sum-
ptus litis, *Surd. de alim. tit. i. c. 20. n. 10.* & sic sub his comprehen-
duntur, *Surd. d. l. q. 19. n. 1. Petr. Rebuff. de sent. prejud. in prefat. n. 117.*

& art. 3. gl. fin. n. 1. Sed ne ita in cuiuslibet improbi homi-
nis facultate sit, per calumniosam litem bona fidei possessori ex-
torquere alimenta, hæc omnia tum demum locum habent, si pro
actore militet præsumtio aliqua. *Dd. citat. probabilis saltem,*
arg. l. 1. §. 14. de ventr. in poss. mitt. Conf. Fulv. Pacian. de Probat.

226. *lib. i. c. 54. n. 70. de quo pluribus cap. seq. n. 59.* Dum itaq; judex
pèdente lite super bonis controversis interim provisionem con-
cedit, id multò magis facere tenet de bonis, quæ ejus adhuc
sunt, qui provisionem petit. Ideo, quia arrestum dominium
non adimit, judex de bonis arrestatis interim debitori prospicit
de alimentis & litis impensis. *Coler. de alim. lib. i. c. 14. n. 49. l. fin.*
C. de Ordin. cognit. Surd. de alim. tit. i. qu. 123. n. 1. Arresta enim in-
telligenda salvis alimentis *Dn. Mey. p. 3. dec. 282. Moller. ad Const.*
Sax. p. 1. C. 29. n. 13. ideoque ea quæ ad viictum pertinent, Arresto
detineri non intelliguntur *Carpzov. in Proc. tit. 21. art. 2. n. 38.*

227. Modò aliunde alimenta desumere non possit. *Coler. de alim. lib. i.*

6.13.

c. 13. n. 33. & non probetur, illa bona esse alterius, furto vel alio modo ablata, nam tum quia cessat ratio, quod ex bonis propriis alatur, cessat etiam haec provisio. *Surd. de alim. tit. 1. qu. 123. n. 5.*
Coler. de alim. lib. 1. c. 14. n. 49. *Rebuff. de sent. provis. in procem. n. 117.*
& art. 3. gl. fin. quia tamen delictum non presumitur, *L. 51. pr. ff. pro Soc.* sed probandum, antequam id fiat, adhuc alendus, aut gravis & urgens presumtio contra illum alleganda. *Surd. d. l. n. 6.*
Et hoc etiam in bonis sequestratis, si presumtio pro petente sit,²²⁸ locum habet. *Menoch. de presunt. lib. 1. c. 35. n. 23.* quod scilicet alimenta & litis impensa ex bonis sequestratis ei interim praestanda sint. *Dn. Struv. Syntag. Jur. Civ. Exerc. 21. th. 52.* *Conf. text. in L. fin. C. de Ord. cognit.*

Sed quid, si ipsa persona debitoris arrestata, dicendum de²²⁹ alimentis? Resp. Licit hic de ipsis bonis nil possideatur, ob quae ipsi providendum, ut supra; dum sorte ideo arrestatur, quia fugitivus aut delicti reus, & sic delictum ipsi lucro esse non debet. Nihilominus tamen, si non habeat propria bona, ab eo qui arrestari curavit alendus. Quia arrestum carceris species est, *Ant. Hering. de fidej. c. 10. n. 170.* Incarcerati autem, si non habent, unde vivant, alendi *l. 29. §. 7. ff. ad l. Aquil.* ab eo qui incarcerari fecit, super quo ante incarcerationem cautionem praestat. Ergo etiam Arrestati *Dn. Mev. p. 3. dec. 194.* Non tamen gaudere debet²³⁰ abundantia, aut supervacuo sumtu alium onerare, sed si necessaria subsidia praestentur, sufficit, *Faber. in Cod. lib. 9. t. 4. def. 4. in pr.*

Dum ergo ut supra dictum pauperi non semper ab adver²³¹ sario sumitus litis praestandi, judicis est providere, ne ideo injuritiae fenestra aperiatur. Hinc ne, dum ex defectu sumtuum, jus suum prosequi nequeunt, indefensi relinquuntur, ex fisco sumitus litis consequi debent. Sed ne ita quamlibet causam, etiam frivolum in judicium trahere possint, praevia aliquali cognitione de cause justitiæ constare debet. *Carpov. in proc. tit. 24. art. 1. n. 80. sqq.* Et quia pauperibus demum sumitus submi²³²nistrandi arg. c. 11, §. insuper in fin. X. de *Rescript. in 6.* ante omnia de paupertate ex testimonio à magistratu suo dato constare debet; & subsequei juramentum paupertatis, quo sumitus litis se ferre non posse approbat, ac tum demum subveniendū ex publico,

Carpz. in proc. tit. 12. art. 5. §. 9. & 10. Hartm. Pif. p. i. qu. 20. n. 6.

233 Gail. i. obs. 142. n. 6. Sic enim Advocatus pauperi assignan-
dus ex numero ordinariorum, si in specie aliquis ad id non sit
constitutus, & si judici obedire recusat, ab officio interim su-
spendi potest ob obedientiam denegatam, & quia peccatum
haud leve committit, dum patrocinium pauperi denegat. Co-

234 varr. pr. quast. c. 6. n. 4. l. providendum. C. de postuland. Paupe-
rem autem hic non facit certa pecunia summa, quam non ha-
bet in bonis, sed arbitrium judicis gl. ad Auth. preterea C. unde vir.
& ux. Cum etiam juramentum paupertatis in Ord. Cam. p. I. t. 78.
nullam certam summam exprimat.

235 235 Nec tantum in Civilibus, sed etiam in Criminalibus ju-
dex ad alimenta præstanda condemnare solet alterum. Ideo
si aliquis vulnerasset alium, qui manu victum sibi querit, ita ut
amplius sibi prospicere non possit, interim dum sanitati restitu-
tur, alimenta ei adjudicanda à judge L. 27. §. 17. in fin. ff. ad L.
Aquil. Roland. à Vall. vol. 2. consil. 39. n. 6. Nec distinguendum an
ex delicto vel quasi, reus sit; quia etiam is qui citra intentio-
nem, culpâ saltem aliquam, vulneravit, alimenta præstat. L. fin. ff. de
236 hū qui deiec. L. 3. ff. si quadrup. pauper. Et eos etiam alere debere
videtur vulnerans, quorum alendi necessitas vulnerato incum-
bit, arg. L. 7. pr. ff. ad L. Aquil. L. fin. ff. de hū qui deiec. Hyppol. de Mar-
fil. consil. 115. incipit. Notum n. 19. & sing. 575. Uthinc si vulneratus mori-
riatur ex vulnero, & homicida pœna capitis afficiatur, nihil
minus si cum homicida lis sit contestata, heres alimenta præstare
obstrictus sit, Hyppol. d. sing. 575. Roland. à Vall. d. consil. 39. n. 10.

237 237 Et hoc etiam affirmandum si quadrupes lædat hominem, & Do-
minus ejus noxæ deditio se liberare nolit, L. 3. ff. si quadrup.
pauper. Martin. Coler. de Alim. lib. 1. c. 15. n. 1. & seqv. Licet enim
dicti textus tantum loquuntur, quid in actionem veniat; nihil
minus, ne judge, antequam actio finiatur, vulneratum perire si-
238 nat, alimenta interim assignabit, Coler. d. loc. Si verò vul-
neratus dives, & aliunde se alere possit, actioni intentatax judge
deservit, & huic conformem reddit sententiam,

Gæte-

Cæterum ut super rebus corporalibus, ita & super incorporalibus seu jure controversiā pendente, judex interim disponere potest. Jurisdictione itaque controversa, ante omnia, ut supra quoque de rebus corporalibus dictum, inspicere debet, an aliquis sit in possessione ejus vel quasi. Si quasi possessionem aliquis probaverit, quod hoc casu unico actu bona fide ac pacifice, sciente alterā parte, non clam, & protestante altero, gesto, justificari potest. *Postius de manutent.* P.1. obs. 13. n. 10. Quoad speciem illius Jdictionis cuius erat actus, nam ad alios actus alterius Jdictionis extensio non fit. *Postius d. l. obs. 73. n. 140.* nisi unum actum universalis Jdictionis exercuerit, & titulum habuerit, nam tum etiam in aliis capitulis videtur in totum Jdictionem acquirere. *Mastard. de Probat. in verb. Jdicio. concl. 946. n. 6. seqq.* *Postius de manutent.* P.1. obs. 73. n. 173. Maxime si id factum volente & sciente Domino. *Postius d. Decis. 321. n. 26.* Et si cætera capitula sint ejusdem generis, *Zæf. ad ff. de Jdict. n. 32. Ale-*
xand. Tartagn. vol. 2. conf. 68. n. 18. Nam tum in possessione suâ omnino interim defendendus per judicem. *Postius de manutent.* obs. 10. n. 9,

Hinc sequitur, quod filiam jure retentionis in bonis pater-nis commorantem, si non composse fore aut curatorem simul in bonis habeat, in Jdictionis exercitio interim defendere tenetur judex; quia hodiè Jdicio prædio cohæret, adeoque simul cum eo possidetur, & hinc qui fundum seu præmium retinet, in Jdictione quoque defendendus. *Molignat. de jure Retent. quest. 397. Faber in Cod. lib. 8. tit. 6. defin. 1. Dn. Brunnem. Comment. Pandect. ad L. 25. Solut. matr. n. 4.* Adeoque qui subsunt Jdictioni obsequium denegare nequeunt, sed mandatis sine clausulis cogendi. *Vid. Dn. Mev. P. 4. Dec. 60.*

Si vero possessionem vel quasi, Jdictionis, nemo probaverit, dum sine vitio attentati neutri litigantium partium tribui potest, in iis quæ moram patiuntur, suspendenda in aliis. Judex Superior eam interim exercere debet, ut in simili decism, apud JCtiss. Dn. Mev. P. 4. Decis. 160, & P. 3. Dec. 114.

Similiter possessores juris singularis, si super eo controver-

sia mota, interim defendit judex. Si itaque contra jura, & privilegia collegii alicujus, aliquis qui non est de collegio, & ad quem per consequens non pertinent jura illius collegii *L. fin. ibique Gloss. C. de Jdict.* sibi aliquid juris tribuere vellet, & desuper lis institueretur, pro collegio interim judicandum esset. Nam licet alter paulo ante litem motam, possessionem jurium collegii arripuisse; quia tamen hoc causam liti præbuit, merito non attenditur, contra possessores antiquiores, *arg. c. 10. X. de sent. & re jud. Dn. Mev. P. 1. Decis. 103. & P. 2. Decis. 188. Panormit. in c. 1. n. 4. X. ut lit. pendent.*

245 *Hæc ipsa per varios casus ulterius demonstrari possent, ubi interim pro possessore pronunciat judex, nisi chartæ brevitas prohiberet. Pauca saltem adhuc & generalia quidem, de Hispaniorum INTERIM, ne hoc planè intactum relinquam, sub-*

246 *jicienda,* *Jure civili proditum est remedium *Uti possidetis quo abundè consultur possessori, ut à turbatione aliorum se liberare possit t. t. ff. & C. Ut possid. de quo fusissimè Jacob. Menoch. Remed. Ret. Possess. 3. per tot.* Quod judicium certo modo etiam ad Decret. Inter, referri potest, quatenus pendente lite super proprietate rei interim pronunciatur, quis in possessione manere debeat. *L. 1. §. inter litigatores 2. in fin. ff. Ut possid.* Sed dum hæc ordinaria super possessione disceptatio aliquando, & maximè hodiè protelari solet; dum ob varias circum-*

247 *stantias non statim appetet, cui vera possessio assignanda: Invenire Hispani interdictum INTERIM, quo judex celeriter litem inter possessores litigantes componit, ne ad arma vel contentionem privatam accedant, juxta L. 13. §. aquisfum 3. ff. de Usufruct.* Et eum quem naturaliter in possessione constitutum

248 *videt judex; Interim, donec de plenario possessorio constiterit vigore illius interdicti defendit, Menoch. Ret. Poss. Rem. ult. n. 10.*

249 *& 15.* *Hiac hæc mera sententia interlocutoria est, per quam alteri parti nec in proprietate, nec in possessione, ordinario possessorio evincenda, præjudicium contingit, Didac. Covarruv.*

Pract. Quest. cap. 17. n. 1 & 2. *Et sic summaria cause cognitio*

250 *est, probationes semiplenæ sufficiunt; ut hinc disputationes su-*

per

per personis & dictis testimoniis non admittantur, *Conf. Dn. Mev. P. 3. Decr. 132. Carpzov. in Proces. tit. 23. art. 1. n. 42. Covarruv. d. c. 17. n. 4.* ubi in subsequentibus plura de hoc Interdicto habet, vid. etiam *Menoch. d. rem. ult.*

Quamvis vero Hispani hoc Interdictum sibi vindicent,^{251.} Praxis tamen judiciorum nostrorum idem recepisse videtur. Notum enim apud nos est Possessorium Summariissimum quod in effectu cum Hispanorum *Entre tanto* sive *Interim* coincidit. unde haec pro Synonymis capit *Menoch. d. rem. ult. n. 4. & 6. Carpzov. in Proces. Tit. 23. art. 1. n. 2. Gail. 1. Obs. 7. n. 6.* Et hoc Summariissimum perinde, ut *INTERIM* illud, neque in possessorio, neque in petitorio prajudicat *Carpzov. d. art. 1. n. 7. Gail. d. n. 6.* Quamvis²⁵² autem hoc Summariissimum Possessorium non omnino fundatum sit in jure Civili, uti probat *Petr. Frider. Mindan. Tr. de Interd. Comment. 13. n. 24.* & hunc citans *Magnif. Dn. Brunneman. in Proc. Civ. 1. n. 45.* Dum tamen Praxi ubivis ferè receptum, inutilis in contrarium disputatio est. Quæ vero differentiæ inter Possessorium Ordinarium & Summariissimum sint, de eo brevitatis gratia videaiur *Dn. Brunneman. d. c. 1. n. 48. Carpzov. in Proc. tit. 1. art. 5. n. 39. seqq.*

Huc quoque referenda *Mandata de manutenendo*; ubi si²⁵³ super possessione alicujus rei aut juris controversia sit, prima quæstio esse solet: Quis interim in possessione vel exercitio juris manutenendus sit? Quia vero materiam Manutentionis integro ac copiofissimo tractatu exposuit *Ludovicus Postius. tract. Perusinus ad eum brevitatis studio memet in præsens remitto.*

Ultimo loco quoque hic referri potest *JURIS FIRMA in Regno Arragonia frequentata, quæ Decreti Interimistici species est.* Quando enim quis metuit turbationem in sua possessione, petere potest *Juri Firmam* ut à turbatione immunis præstetur quo casu ei judex providere dicitur, *Joseph. de Sese. tract. de Inhibit. in Anacephal. n. 3. & 5.*

A quo jure parum distant *Inhibitiones in Saxonia receptæ*, de quibus ex professo tractantem vid. *Carpzov. Disp. de Inhibition.*

bition. Solent quoque dici Tutoria possessionis; Dn. Mevius Part. 2. Decis. 57. Sed cum exempla huc spectantia hinc inde jam relata sint, & charta ultra intentionem excrescat, transendum ad

C A P . III.

D_eForma & requisitis Decreti
Interimistici.

S U M M A R I A.

O	Rdinis ratio traditur	n. 1.	Nisi suspicio fraudis	n. 17.
Quenam	requirantur ad De-		Extraneus non cavet de restituuen-	
	creti bujus interpositionem.	n. 2	do quod accepit, & quare n. 18.	
& 3.			seqq.	
Cause	cognitio necessaria	n. 4.	Contraria sententia Covarruvie	
Citatio	precedere debet saltem mi-		rejicitur. n. 22. seq.	
	nus solennis	n. 5. seq.	Victor non imputat in debitum, quod	
Monitor	hic loco citationis	n. 7.	mediante Decreto consecutus est	
An judicis	officium implorandum?	n. 8.	n. 24.	
An libellus	offerri debeat	n. 9.	Possessio si per Decretum assignanda,	
Aliqualis	petitio hic sufficit	n. 10.	tum omnino cavendum n. 25.	
Et ineptus	libellus admittitur?	n. 11.	Postii contraria opinio conciliatur,	
Litis	contestatio expressa non requi-		n. 26.	
	ritur n. 12.		Sufficiens cautio hic requiritur.	
Nec cautio de Reconventione & ex-			n. 26	
penis			Juratoria non sufficit, n. 28.	
An cautio de restituendo ip ^s , quod vi-			Intentionis fundamentum proban-	
Decreti obtinuit, necessaria n. 15.			dum, n. 29.	
Si persona conjuncta agat cautio illa			Summaria probatio in Decr. Int.	
non est necessaria n. 16.			sufficit, n. 30.	
			Licet unico saltem teste fiat. n. 31.	
			Quid	

- Quid probandum, si publica utilias Testi injurato unico hic non creditur
decreterum postuleret. n. 32.
- Tria probanda si cognatus provi-
deatur. n. 33.
- Quasi possessio cognitionis summa-
rie probata sufficit. n. 34.
- Probatio filiationis, fraternitatis &
matrimonii unde desumi posse,
n. 35. seqq.
- Pauper quis hic dicatur. n. 38. seq.
- Filio divisi hic providetur n. 40. seq.
- Sententia alia previa non est neces-
saria ad interpositionem Decreti,
n. 42.
- Fabri affirmans sententia examina-
tur. n. 43.
- Sufficiunt hui presumptiones & con-
jecture probabiles n. 44. seq. mo-
do durent. n. 47. & 48.
- Si Extraneo providendum tria pro-
banda n. 49.
- Quae an probata sint, ex arbitrio ju-
dicis dependet. n. 50. seq.
- Et ex attestatis nondum publicatis
judec ea colligere potest. n. 52.
- In possessione interim assignanda,
quasi possessio probanda. n. 53.
- Quomodo illa probetur remissive
n. 54.
- Reprobatio testimoniū hic non admit-
titur n. 55. nisi causa admodum
ambigua. n. 56.
- Tertius hic interveniens auditur.
n. 57.
- An Executionem impedit. n. 58. seq.
- Testi injurato unico hic non creditur
n. 60. secus si plures sint. n. 61.
- Juramentum calumniae praestandum
n. 62. nisi litigantibus à jure re-
missum n. 63. ant de possessione lū-
sit. n. 64.
- Au exceptiones hic admittendæ.
n. 65.
- An diebus seriatis Decr. Int. ferri
posit. n. 66.
- Decr. Int. sine publicatione atesta-
tionum intervenire potest. n. 67.
- Decr. Int. interlocutorie non defi-
nitiva sententia vim habet. n. 68.
seq. n. 72.
- Autores qui pro vi definitivæ pa-
gnant. n. 70. conciliantur. n. 71.
- Decretum hoc ex breviculo non est
recitandum. n. 73.
- Etiam jure Canonico. n. 74.
- Decretum pro alimentis & litis im-
penis quolibet tempore interve-
nire potest. n. 75. & 76.
- Etiam in instantia appellationū.
n. 77.
- Et in ipsa executione. n. 78. seq.
Sed quis si in executione provisio pe-
tatur, judec competens est n. 80.
- Quantum adjudicandum. n. 81.
- Super possessione ante litem contesta-
tam interim disponit judec, non
post. n. 82. 83.
- Post litem contestatam interdum se-
questratur possessio. n. 84.

Post-

1. **P**ostquam hactenus proposui personas & res, quæ Judicis Decreto Interimistico subjacent, Ordinis ratio exigit, ut Formam & modum quo peragitur, aggrediar: In genere itaque dum ex cap. præ. constat, hoc Decretum, in iis causis locum habere, quæ aliâs non Ordinarium, sed Summarium processum desiderant, vid. Magnific. Dn. Brunneman. is
2. Proc. Civ. c. 1. n. 16. & 21. Non omnia processus substantialia quæ juris positivi sunt requiruntur, modo illa quæ ex jure Gentium originem habent non negligantur, Dn. Brunneman. d. l. n. 16. in fin. Carpzov. in Proc. Tit. 1. art. 1. n. 32. In cæteris celeriter procedere potest, & Decretum Int. desuper interponere, L. 1. C. si per vim, vel al. mod. possit. Carpzov. P. 3. Decis. 225. n. 25. Cum hic ut plurimum alicui saltem provideatur, adeoq; cum minori apparatu fieri soleat, per ea quæ habet, Joseph. de Sese. de Inhibit. c. 5. §. 9. n. II. & seqv. Bald. ad L. iuste possider. ff. de acquir. possess.
3. Et hoc Decretum in iis causis, quæ dilationem non recipiunt, concedi solet Klock. vol. 2. cons. 170. n. 23. In his itaque, licet sine strepitu judicij & levato velo procedi possit, Marantb. de Ordin. judic. P. 4. Act. 6. n. 1. Hippol. de Marsil. Prax. Crim. §. Constanten. 7. & II. Quia tamen sine cause cognitione nil decidendum, aut decernendum L. 9. §. 1. ff. de off. Proc. Vantius. de nullit. Proc. Tit. Ex defect. proc. n. 30. Wessenbec. vol. 5. cons. 216. n. 70. Carpzov. P. 3. Decis. 225. n. 24. ea & hic adhibenda, sed summariter saltem, & quatenus judicis informationi inservit, Carpzov. Diff. de Inhibit. th. 36. n. 61. sqq. Quia itaque judici sine citatione de negotio constare nequit, ea ut in omni causa necessaria, §. fin. Inst. de pena. temer. litig. L. de unoquoque. 47 ff. de Rejud. Bald. ad L. 1. ff. de injus. voc. nisi nulliter tractari velit, Menoch. consil. 746. n. 27. Ruland. de Commiss. P. 1. lib. 2. c. 3. n. 1. Postius. de Manutent. Obs. 102. n. 43. Ita & hic non negligenda, Clem. sêpe. §. citationem. d. V. 3. Geler. de Alim. l. 3. c. 2. n. 3. Zanger. de Except. P. 1. c. 2. n. 7. ne aliquis inauditus absurdè & iniquè condemnetur, Clem. Pastoralis. X. de Rejud. Panormit. in c. 2. n. 28. X. de Sequestr. Possess. Treutl. vol. 1. Diff. 4. th. 8. lit. 9.
6. Hæc autem citatio ut eo modo absolvatur, prout traditum in L. 68. seqq. ff. de Judic. minimè opus est. Sufficit una citatio reo insinuata

insinuata *Gloss in d. Clem. verb. Citationem* quia hic ejusmodi causæ quæ moram non patiuntur, L. 2. ff. de Feriv. L. 2. ff. de Re jud. Atque sic etiam Monitorium de respondendo, & summariter jus 7.
suum deducendo, loco citationis est, & citatio vocatur, *per citato* à Carpz. P. 3. Dec. 225. n. 27. & interdum sex dierum spatum saltem complectitur, Carpzov. *Disput. de Inhibit.* th. 35. n. 50. seq.

An vero Decretum Int. requirat, ut ab altera parte judicis 8.
officium imploratum sit; an verò judex ex officio hoc interponere possit? Resp. Si causa non concernat publicam utilitatem, judex non constituit aliquid, nisi imploratus L. 4. §. 8. de Damn. infect. Ideo in casibus, ubi privatorum utilitati & necessitati subveniendum, judicis officium implorandum L. 1. §. 6 ff. de Magistr. convex. Rebuff. de Sentent. prejud. in prefat. n. 24. & in Tr. de Mater possess. art. 1. pl. 1. n. 5. Ubi autem publica utilitas & animarum salus militat, ex officio interim quid statuere potest ac teneatur, per L. Congruit. 13. ff. de Offic. Präsid. Bartol. ad L. 4. §. 8. n. 2. ff. de Damn. infect.

Sed numne Libellus requiritur? Quia supra dictum, ejusmodi causas hīc tractari, quæ processum ordinarium non desiderant, nec libellus de necessitate erit, Clem. Sepe. de V. S. Magnif. Dn. Brunneman. in Proc. Civ. c. 5. n. 3. Licet enim Bart. add. l. 4. n. 10. existimat, libellum requiri, ubi judicis officium imploratur in judicio: Id tamen in Summariis non admitto, qui ibi, ea quæ juris Civ. sunt, remissa Dn. Bunneman. d. l. c. 1. n. 16. in fin. Quia tamen judici constare debet de intentione auctoris, qualis- 10.
qualis petitio necessaria, ut in omnibus processibus Summariis ratione ordinis & probationis, Panorm. in C. 17. n. 31. X. de Sent. & re jud. quæ libellum representat, JCtiss. Dn. Brunneman. ad Autb. Offeratur. C. de lit. contest. conf. Carpzov. Proc. Tit. 1. art. 1. n. 31. & tit. 23. art. 1. n. 19. Zang. de Except. P. 1. c. 2. n. 12. seq. Et hīc respectu rei Monitorium est loco libelli, Postius de Manutent. Obs. 78. n. 10.

Si ergo loco hūjus petitionis offeratur libellus 11.
ineptus, ex quo tamen, quid velit, constat, causa minimè cadit, nec repellendus a judicio: Quia non vitiat actum, quod inepte-

intervenit, & de necessitate non requiritur, arg. L. 3. ff. de Testam. milit. Coler. de Alim. lib. 3. c. 2. n. 13. C. 14.

12. Summariè ergo, ut sèpius dictum, dum hic proceditur, Litis Contestatio, ut ut in aliis causis, ubi certa sententia speratur, summè cœcessaria sit, juxta Bart. ad L. 4. §. 8. n. n. ff. de Damno infect, hic tamen non requiritur Clem. Sæpe. X. de V. 8. Panormit. in C. 38. n. 10. X. de Test. Sed lis habetur pro contestata, si procedatur à reo ad illa, quæ alias post Litam contestatam expediri solent, Postius de Manutent. Obs. 80. n. 4. Et huic fictitiæ litis contestationi omnes effectus tribuendi, quæ alias veræ competunt, vid. Coler. de Alim. lib. 3. c. 11. n. 5. seq. Zanger. de Except. P. I. c. 2. n. 23. seq. conf. ea qua habet Carpzov. in Proces. Tit. 23. art. 3. n. 19.

- Dum verò in Cautionibus exigendis alias nimium operosi sunt rei, quæritur; An si de provisione adjudicanda agatur, cau-
tio de Reconventione & Expensis necessaria? Resp. Id quidem vult Carpzov. in Proc. Tit. 9. art. 5. n. 186. Sed quia Decr. Int. in ejusmodi causis locum habet, quæ celerem exigunt expeditio-
nem, & in quibus effectus reconventionis, qui est, ut actori de-
negetur audientia, nisi respondere velit, Dn. Brunnewy. in Proces.
Civ. c. 10. n. 14. obtineri nequit; ideo nec cautio hæc pro ea, admit-
tenda; Nam si hanc requirerem, ad Decr. Int. tardius justo per-
veniret judec; super cautione enim qualis admittenda, dum di-
sputaretur, & causa reconventionis eodem judicio terminaretur,
res integra esse desineret, vid. Boér. Decis. 324. Col. 2. Mafuer. tit.
de Possess. in pr. n. 27. & allegati à Didac. Covarruv. Pract. Quaest. 1. 6.
n. 7. Quanquam Carpzovii opinio in Foro Sax. facile admittenda; ubi Reconventio non haber effectum simultanei proces-
sus, sed saltem porrogat judicium. Quo posteriori effectu DD.
alii, in causis Summaris quoque Reconventionem admittunt,
Petr. Frider. Mindan. de Proces. lib. 3. c. 7. n. 8. Sed in causis De-
cretum Interim. requirentibus, hæc specialis ratio insuper adest:
14. Quod hic non principaliter ad Provisionem consequēdam actio
instituatur, sed dum alia lis principalis ventilatur, provisio inter-
im saltem ex incidenti petatur: Ut hinc Reconventionem ad-
mittere,

mittere, vel ut cautio pro Reconventione exigatur permittere velle, ob singularem favorem hujus cause iniquum foret.

Quid autem de cautione, se velle restituere, quod vi Decreti obtinuit, dicendum: Numne hæc necessaria? Resp. Aut per Decretum alimenta & litis impensa adjudicatae; Aut possessio Decretu addicta. Priori casu iterum distinguo: Aut illa subsidia assignata personæ conjunctæ; aut Extraneæ. Si per 16. sonæ conjunctæ fiat, cautio hæc non præstanta. Dumenim necessitas & officii ratio stringit, non debet exspectare cautionem; ne alimenta denegando parricidium committere videatur L. 4. ff. de agnosc. liber. Et superflua cautione dum non potest onerare extraneum, quomodo consanguineum, aut uxorem, ad illum compellat. Frustra, ut alibi, ita etiam hic, exspectatur aut petitur id, cuius eventus nil operari potest, L. 14. §. 1. ff. ue legat. caus. cav. Gail. de arrest. c. 3 n. 17. Qui itaque cautionem exiget, nil ponderis in se habituram, ut pote ab egeno præstamat, Et si, ubi aliquis ex necessitate tenetur sumptus facere, frustra quis protestatur, se animo repetendi impendere, uti colligunt DD. ex L. 13. C. de Negot. gest. frusta quoque cautionem super repetitione exiget. Quod limitandum, nisi judex dubitet an 17. non respectu petentis fraus vel calumnia subsit. Tum enim Menoch. de presump. lib. i. quest. 35. n. 38. putat ex Ludovic. Molin. lib. 2. de Hispan. Primogen. c. 16. n. 43. sequentem in modum cendum esse: Si in causa succubuerit, se restituere velle, quatenus de jure ad id ipsum adstrictum esse compertum fuerit.

Si extraneo providetur, Cautio hæc simili modo postulari nequit, nec de restituendo, nec de imputando in debitum 18. petitum. Aut enim succumbit in processu pauper, qui provisio nem obtinuit; Aut victor abit. Si succumbit, pietas & necessitas eum ab impensorum alimentorum restitutione liberabit. Provisio enim hæc pietatis causa facta censetur, dum pauperi concessa, ut prolixè probat ex aliis Celer. de Alim. lib. 2. c. 7. n. 6. 19. quod autem in ejusmodi causam erogatum, non repetitur, L. 32. §. 2. ff. de Condict. indeb. L. 16. C. de Nupt. & ad utrumque textum in Comment. Pandect. & Cod. Magnif. Brunneman. Dum

- autem non repetitur, cautio quoque de restituendo male postulatur. Deinde pauperi hæc conceditur Provisio, qui alius
 20 de nil habet; hic autem non cavit de restituendis impensis, quia ipsimet subministrandi, & sic quod non habet, nec alii restituere potest, Carpzov. in Proc. Tit. 9. art. 5. n. 39. seqq. Dn. Brummenan. in Proc. Civ. c. 8. n. 5. Atque hinc nec ob provisionem cautio ali-
 21. qua ab eo exigenda, ad impossibile enim quadammodo adstrin-
geretur, quod jura non patientur, quia impossibilium nulla ob-
ligatio, L. 35. de V. O. L. fin. ff. que. sentent. sine appell. ref. l. 185.
de R. J. Impossibile autem in jure etiam id reputatur, quod commodè non fieri, aut vix accidere potest, Barbos. in Loc. Com-
 22. mun. lib. 9. c. 20. ax. 9. Quia tamen quamvis contrarium velit Corar-
rur. Præst. Quest. c. 6. n. 7. ubi receptissimam esse dicit, dandum
esse cautionem idoneam, de restituendis his alimentis & impen-
sis, si actör ipse in causa succubuerit, vel accepto ferendis, si victoriā reportaverit; subjuncta ratione, ne pauperes ita ad
temerē agendum invitentur, si videant se ad expensas restituendis non compelli. Sed uti prævio hæc non nisi ex justâ ac
 23. evidenti præsumtione locum habet, quâ moveri judex possit;
non præsumitur, quod hac ratione pauperes ad litigandum in-
vitentur: Et si insignis eorum calumnia apparuerit, alii reme-
diis coërceri poterunt. Et hanc sententiam quoque comprobat
Job. Petr. Surd. de Alim. Tit. 1. quest. 124. per tot. ubi n. 8. & seq. Co-
varruicæ opinionem improbat.
- Si autem vîctor abeat in causa principali, qui prævi-
 24. nem consecutus est, quomodo repetet alter, quod impedit? Temeritas in agendo ei certe obstabit. per L. 79. pr. ff. de judic. post-
quam enim judex hanc provisionem decrevit, male fundata intentio illum non potuit fugere, sibi itaque habeat, quod sine ju-
sta causa item foverit per l. 40. ff. de Petir. Hered. Damnum si
quod sentit suâ culpâ, sentire non intelligitur, L. 203. de R. J. c.
86. de R. J. in 6to. Quare dum non repetere potest, quomodo
cautionis interpositionem urgere valet. Et hoc universaliter
verum dicit Job. Petr. Surdus de Alim. Tit. 6. quest. 20.
25. De possessione consequendâ, si Decretum interponitur,
omnino

omnino antequam executioni mandetur. Cautio necessaria L. 3.
 §. 1. ff. de Collat. L. 5. ff. de Carbon. Edict. ne aliis victus non habe-
 at interdum, quod restituat, Paul. Christin. ad consuet. Mechlin.
 Tit. 1. art. 30. n. 2. Sine cautione vero Decretum effectum non for-
 titur, sed res sequestranda, aut Curator bonis dandus L. 5. §. 2.
 & 5. ff. de Carbon. Edict. Christinus. d. loc. Præsertim si suspicio
 adsit, illum, cui bona interim assignantur, non ex fide illa admi-
 nistraturum. Et quamvis Postius, de Manutent. Obs. 104. n. 3. 26
 existimet, eum, qui Manutentionem obtinuit, non posse compel-
 li ad cavendum de restituendis fructibus, in eventum succum-
 bentia, in causa principali, ne sub prætextu paupertatis quidem:
 Hoc tamen intelligendum de casu; ubi quis jam antea in posses-
 sione realiter fuit, & in ea per Decretum Manutentionis saltem
 defenditur: Ita enim lite pendente non est privandus commodo
 possessionis, nec cautione gravandus, Anton. Faber. Cod. Sabaud.
 Tit. 10. Def. 9. lib. 1. nisi insignis suspicio fraudulentæ administra-
 tionis subsit, & pro petitore justa militet præsumtio, ut ipse Po-
 stius se limitat d. Observat. in fin. Alia ratio si duo de possessione li-
 tigent, & illa interim uni assignanda, tunc utique, quia æquale
 jus habebant, alteri per cautionem succurrendum. Sic si quis
 Decretum impetrat, ut solus interim res hereditarias detineat, in
 quas tamen & alteri litiganti jus competebat, non sine cautione
 tale quid decernitur, L. 3. §. 1. ff. de Collat.

Qualis autem cautio hic necessaria? Resp. Sufficiens,
 quæ per pignora & fidejussores expeditur, Gail. 1 Obs. 26. n. 6. & 2.
 Obs. 47. n. 4. & de Arrest. Imper. c. 3. n. 4. seqq. Rebuff. de Execut. Sen-
 tent. art. 1 gl. 16. n. 13. Quod quidem dubio caret; sed magis du-
 biu[m]: An in defectu Fidejussorum & pignorum Jura-
 toria cautio sufficiat? Resp. quia idonea & sufficiens cautio
 necessaria, juratoria non relevat, sed res sequestranda, per L. 5.
 §. 1. in fin. ff. ut legat. caus. cav. Et sibi imputet, qui cavere nequit
 idoneè, Bald. in l. 2. C. de usur. & fruct. legat. Rebuff. de Sent. Exe-
 cut. art. 1 §. 16. n. 32. seqq. quod tamen modo dicto explicandum
 puto, si scilicet utriusque litigantis æqualis conditio, & insigne
 præjudicium alterius concurrat. Vid. hanc questionem prolixè

K 3

tractan-

tractantem Cesar. Contrad. in Comment. ad L. un. C. si de moment. poss. Quest. 23. per tot.

- 29 In Processu Summario, quia nihil eorum omittendum, quæ ex jure Gent. originem ducunt, & sine cause cognitione nemo condemnandus; In Decreto Int. quod in processu summario fertur, id quoque observandum; hinc ut justè interponatur, nudæ allegationi non credendum, sed intentionis fundamentum contra reum probandum. Ast dum probatio non unius tenoris, nec in omnibus causis eadem admittitur, sed una alia requirit fortiorum, qualis hic necessaria, dicendum restat. Quia autem omnes causæ per Decr. Int. decidenda, uti ex cap. 2. constat summariaz sunt, quæ sine judicii figurâ & longo litium susflamine, sola facti veritate inspectâ tractantur, Ordin. Camer. P. 3. c. 2. §. und damit Zanger. de Exception. P. i. c. i. n. 60. Id non tantum quoad ordinem procedendi, sed etiam probationem instituendi, intelligendum. Et sic artificialis & minus plena probatio non rejicienda. Hinc unius testis interrogati dicto hic statut, modo sit exceptione major, Menoch. de presumpt. lib. I. presumpt. 31. n. 32. Dn. Branneman. ad L. 4. C. de alend. liber. Surd. de Aliment. Tit. I. quest. 112. n. 23. quia ejusmodi testis, semiplenam probationem, quæ hic sufficit, constituit, Carpzov. Disput. de Inbib. th. 46. n. 45. ubi plura habet; Et in Proces. Tit. 23. art. 1. n. 31. Decretum autem interponitur vel ob provisionem, vel ob possessionem; hinc ulterius videndum, quid in singulis probandum. Nam ubi ob publicam utilitatem Decretum interponitur, certa formalia non requiro, sed conditionem causa & personarum, prudenti consilio ponderandam, judici relinquo, ut officio suo satisfacturus, per omnia publicum commodum promoveat, neque, donec hoc vel illud probetur, exspectet. Circa alimenta & sumptus litis subministrandos distinguo, an in Linea Ascendent, vel descendenti, vel collateral Fratribus; an vero Extraneis debeantur. In priori casu communiter volunt TRIA esse probanda I. quod sit cognatus, & ex eorum quidem numero, qui jam nominati. II. quod sit pauper. III. quod habeat

beat pro se sententiam primæ instantiæ, Corarruv. Præf. Quæst. c. 6. n. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. n. 4.

Quantum ad PRIMUM, cum hic summarie saltem pro 4
cedatur, plena cognitionis præbatio ordinario processui relin-
quitur; hic autem sufficit, si quasi posselli cognitionis aut
filiationis probata, Fulv. Pacian. de Probat. lib. 2. c. 6. n. 14. Quæ
probatio exinde peti potest, si à parente quis semper habitus pro 35
filio, & in actu qui ad filium spectat, ut emancipationis, institu-
tionis, aut exhereditationis filius nominatus; Si in judicio aut
serio extrajudicialiter filius appellatus; Et fama publica hanc
quasi possessionem quoque probat, ut latè hæc & plures alias
probationes adducit Pontan. de alim. c. 3 per tot. Postius de Manu-
tent. obs. 34. n. 2. Magnif. Dn. Brunneman. in L. 9. C. d. Nupt. Sur-
dus de Aliment. tit. I. quæst. 112. Fulv. Pacian. de Probat. lib. 2. c. 6 per
tot. Bald. in l. 7. ff. de Agnosc. lib. Gl. in l. fin. C. de alend. lib. Rebuff.
de sent. provision. art. 1. gl. 1. n. 2. Et hæc quoque inter fra-
tres quasi possessionem fraternitatis probare possunt; qui 36
enim à parente & communii fama pro filiis habiti, non possunt
non in quasi possessione fraternitatis se fundare, quod pluribus
deducit Pacian. d. libro 2. c. 12. n. 10. Ex quibus autem quasi pos-
sesio inter maritum & uxorem probari possit, verbis saltem 37
mutatis, superiora facile declarant.

SECUNDO requirunt, ut sit pauper seu inops. Sed quis
in casu provisionis inops nominandus? Resp. Inops aliás si-
gnificat illum, qui nec amicos, nec propinquos habet, quorum 38
ope se tueri possit: Et sic interdum inopia pro solitudine apud
bonos Autores accipitur. Ut plurimum is inops est, qui egestate
laborat L. 7. §. 3. ff. de Jdict. Egestate autem aliquem laborare,
vel pauperem esse, id variis modis probari potest, de quo vid. 39
Fulv. Pacian. de Probat. lib. 1. c. 54. n. 35. & seqq. In hac materia inops
est, qui non habet, unde commodè se sustentare possit. Ideoq;
si habeat filius peculiū Adventitium eatenus tamen adhuc inops 40
dici potest, ut ei provideatur de alimentis, quatenus consumptio-
ne illius peculiū ad egestatem pervenire posset, & sic de suis ut
a lat pater cogipotest, per L. fin. §. 5. C. de bon. qualib. Aliud ergo
erit

esset, si filius sibi ipsi de alimentis commodè prospicere posset, tum enim ea non deberentur, L. 5. §. 7. ff. de alend. lib. Coler. de Alim. lib. 1. c. 2. n. 78. & per consequens nec provisione opus fo-

41. ret: Ast cum hæc provisio fiat, non tantum ut alere se possit filius, sed etiam litem prosequi, ideo dum hujus eventus dubius, etiam diviti, seu habenti unde se alat, subveniendum esse existimat Rebuff. de sentent. provision. art. 1. gl. 2. n. 23. Quod admitto, si filius præsumptiones urgentissimæ pro se habeat, & Pater ditissimus litem frivolè velit protelare.

TERTIUM requisitum quod attinet, licet in L. 27. §. 3. ff.

42 de inoffic. testam. quodammodo fundatum dici posset, ut etiam putat Anton. Faber. in Rational. ad d. L. quem locum supra c. 2. allegavi. Quia tamen in d. l. tantum in facto refertur de sententia, non autem ut causa decisionis adducitur, quæ in inopia potius ponenda, ideo hanc non attendendam esse dico cum Surd. de Alim. Tit. 1. quest. 28. n. 11. & quest. 12. n. 18. Dn. Brunneman, 43 ad d. L. n. 3. Covarruv. Pract. Quest. c. 6. n. 6. Et quamvis admittetur Fabri & aliorum sententiam, ulterius tamen inquirendum esset in rationem rationis dictæ L. Ratio enim prima esset: Pupillo providendum, quia pro se habet sententiam: Ratio vero hujus hæc esset: quia pro pupillo sententia lata, hinc pro eo præsumendum ipsius causam esse justam. Si ergo aliundè præsumptiones & conjecturæ probabiles adsint, ex quibus pro pupillo litigante.

44 præsumi possit, quis præcisè requireret sententiam. In aliis Decretis Interimisticis sine dubio sententia alia prævia necessariò non requiritur; Sed semper conjecturæ probabiles sufficiunt; Ut si pro possessore interim judicetur; Si durante Concursu alicui jus retentionis indulgeatur; Si administrator bonis in-

45 terim detur, & in aliis exemplis. Parimodo explicanda puto illa, qua habet Fulv. Pacian. de Probat. lib. 1. c. 54. n. 70. quod pauperit tunc sumptus litis suppeditandi, quando est præsumptio pro eo; veluti quando primam sententiam habuit in favorem. Nam nec hic præcisè sententiam aliquam præviā requirit, sed saltem præsumptionem evidentem pro paupere militantem, quam ex sententia semel pro eo lata oriri afferit. Unde si alia effi-

efficax præsumptio pro justitiâ causæ pauperis adsit, & tamen sumptus prosequendæ liti inservientes absint, utique non exspectatâ primâ sententiâ, judex Decreto Int. illi litis subsidia adju dicare potest.

Et hinc omni persona habenti præsumptionem justam pro se, si bona sibi debita petat, subsidia assignari possunt, *Cesar. 46.*
lurfil. Annot. ad Matth. de afflitt. Decif. 10. n. 3. Guid. Papa. Decis. 501.
Menoch. de præsumpt. lib. 1. quest. 35. Alciat. Reg. 3. præsumpt. 9. n. 9.
Nam æquitas illa tale Decretum à judice extorquens, vindicat sibi locum etiam in prima instantia Matth. de afflitt. Decif. 11. n. 2.
Covarruv. Pract. Quest. c. 6. n. 6. vers. secundum. Si vero hæc æquitas non appareat; utpote si filius ex causa aliqua exheredita-*47.*
tus, & contra heredem institutum agere velit, non facile ei debe rentur alimenta in prima instantia; quia tunc habet voluntatem patris contra se ipsum, quæ excludit præsumptionem filiationis, quæ pro ipso erat. Quod si vero semel pro eo sententia lata, tum petere valebit alimenta, per L. si instituta. 27. §. de inofficio 3.
ff. de inofficio. testam. quem textum ita explicat Hieron. de Martino. in not. aur. ad Matth. de afflitt. decif. 11. Menoch. lib. 1.
Quest. 35. n. 5. Covarruv. Pract. Quest. c. 6. n. 6. Quamvis autem, hodiè diversum esse velit *Menoch. de præsumpt. d. Quest. 35. n. 5. 48.*
ubi etiam pro filio exhereditato, ex quasi possessione filiationis præsumptionem esse dicit, ut sic alimenta statim petere possit, cum exhereditatio injusta potius præsumatur. Hæc tamen opinio dubia, si exhereditatio facta ex causa in *Noy. 115. c. 3.* expresa, ac testamento specificè inserta. Quāvis haud iniqua sit *Menochi* opinio in casu, ubi de veritate causæ exhereditationis multum dubitatur.

Extraneis si providendum per Decretum Int. itidem tria*49.*
 requirunt. (1) ut sit pauper. (2) De suo aut communi litiget.
 (3) habeat pro se præsumptionem, *Covarruv. Pract. Quest. c. 6. n. 6.* Paupertas quomodo probanda ex superioribus colligi potest, & quia pro circumstantia personæ & causæ variat,*50.* melius hoc arbitrio judicis relinquitur. *Gl. ad auth. præterea C. und. vir. & uxor. Vinnius ad §. 6. Inst. de Excusat. tutor. Covarruv. Pract. Quest. c. 6. n. 3. VVehner. in Observ. pract. voc. Arimuth.*

Secundum & Tertium requisitum judicis arbitrio pariter melius, relinquitur: Certi enim quid hic ponи nequit. Ex li-
§ 1. bello quidem patere debet, quid petat; An proprium sit an com-
 mune, Sed quomodo fides judici facienda, ut durante lite actori
 provideat de alimentis & litis impensis, ipsemque judex optime
 arbitrabitur, & simul determinabit; an militans prae*s*umptio
 talis, quae ad provisionem sufficere possit; Et an urgentior
 pro actori quam reo pugnet. Judici enim hic probandum, non
 parti, quae si gravata se putet, eo magis sollicita sit, de prose-
 quenda lite, & emendando prae*s*udicio, quod per Decr. Inter. il-
 latum. Conf. Menoch. de *Præsumpt.* lib. I. Quest. 25. ubi pluribus
§ 2. de qualitate hujus præ*s*umptionis agit Hinc Alciat. de *Præ-*
sumpt. Reg. 3. *Præsumpt.* 9. n. II. concludit: Si ex lectura attestatio-
 num, licet nondum publicatarum, judex apprehendisset, aliquo
 saltem modo probatum, hanc provisionem decerni posse; quia
 attestations haec præ*s*umptionem non modicam faciunt. Adeo-
 que Covarruy. *Fract.* Quest. tom. 2. c. 17. n. i. ex Massuerio tradit
 hanc practicam, ut judex sub certo & brevi numero testes exa-
 minet, quo ad hanc pervenire possit provisionem, attestations
 autem eorum minimè publicet, *Id. Covarruy. d. loc. n. 4. §. Quintum.*

Si ob Possessionem Decret. Inter. interponendum, uti-
§ 3. que penes quem sit possessio vel quasi, constare debet; Ideo
 probandum possessionem vel quasi habere illum, qui id petit,
 vel saltem habuisse litis motu tempore, & jam ab alio turbari De
 eo ergo constare debet judici, vel per confessionem adversarii,
 vel ex aliis probationibus. Si autem judex dubitet & incertus de
 possessione sit, hoc Decretum non interponendum, *Dn. Mey. P. 2.*
Decis. 57. Ergo præmittat judex causae cognitionem, que in omni
 inhibitione necessaria est, *Bart. ad L. 1. §. adversus ff. d. N. O. N.*

§ 4. Quot modis autem quasi possessio quae hic sufficit rerum
 corporalium & incorporalium probetur, prolixè tradit Menoch.
Rem. ret. possess. à n. 560. usq; ad n. 588. ad quem brevitas causa me
 remitto.

§ 5. De probatione ante Decret. Inter. interpositionem pera-
 genda dictum *supr. n. 30. seq.* Subiungendum ergo jam: An repro-
 batio

batio testium admittenda? Quæ, quia summaria causæ cognitio
saltem necessaria, non vero plena probatio, dum hic iudex
saltem informandus, non permittenda est, arg. c. 38. X. de Testib. itib.
Panormit. n. 10. Postig de manuent. Obs. 96. n. 1. seq. Carpz. in Proc. Tit. 23.
art. 1. n. 43. quia alijs in multum temp⁹ negotium protraheretur,
contra naturam hujus processus, Clem. sepe. de V. S. Imo hic agi-
tur de præjudicio, quod per definitivam emendari potest ac tolli,
Covarruv. Pract. Quest. c. 17. n. 4. §. septimō. Et si reprobatio re-
spectu personæ vel dictorum admitteretur, causa summaria mu-
taretur in ordinariam, quod sine actoris consensu fieri nequit,
Magnif. Dn. Brunneman. in Proc. Civ. c. 1. n. 17. seqv. Carpz. in Pro-
cess. Tit. 1. art. 1. n. 73. seq. Nisi causa adeo ambigua sit, ut ju- 56
dici constare nequeat quid pronunciandum, tum enim discussio
aliqualis permittenda, Cesar. Contard. ad L. dissimilari c. 4. n. 8.
Dn. Mev. P. 3. Dec. 132. Et de hoc casu intelligendus Menoch. A. J.
Q. lib. 1. quest. 32. n. 7. seqq.

Sed an hic Tertius interveniens etiam admittitur? Resp. 57

Quia interventio tertii in omnibus causis, ubi interesse suum
probare vult, toleratur L. 63. ff. de Rejud. Gail. 1. Obs. 70. n. 1. Dn.
Brunneman. in Process. Civ. c. 13. n. 9. seq. hic non rejicienda, vid.
Panormit. in C. 38. n. 1. X. de Testib. modò ex eodem capite agat,
Jaffon. ad L. A. divo Pio. §. si super. rebus n. 19. ff. de Rejud. Ad im- 58
pediendam tamen executionem Decreti, distinguendum; Vel
postquam jam ferè peracta est causa, intervenit, & non impedit
executionem; quia interveniens cum principali eadem persona
intelligitur, Paris. Vol. 4. Conf. 73. n. 16. quæ non potest alii ter-
minis uti, quam principalis, Natta. consil. 457. n. 1. sq. Nec per
denegatam audientiam ipsi præjudicium affertur, cum iura sua
integra retineat, & illæ ei soleant reservari, Dn. Mev. P. 3. Decis 96.
Vel intervenit intra terminos præfixos minimè elapsos; ubi au- 59
diendus, in eo tamen statu, in quo reperit causam, acceptare te-
netur. Gail. 1. Obs. 71. n. 1. & 12.

De probatione dictum superius, quod per unicum etiam 60
testem fieri possit. Ideo jam dicendum, an etiam testi injurato
hic credatur? Et quia iuramentum est forma probationis per

testes expediendæ L. 9. C. de Testib. ibique Dn. Brunnem. C. hortamur, 3. quest. 9. Et eodem modo hic, ac in alio processu, partes sibi jus acquirunt, ipsis invitatis non debet remitti juramentum. Felin. in c. constitutus. n. 16. X. de Rescript. Cum juramentum hoc etiam à jure divino requiratur, & à Papa remitti nequeat; ne dum à judice. Zanger. de Except. P. 1. c. 2. n. 31. seqq. Carpzov. in Process. Tit. I. art. 1. n. 40. Postius de manutent. Obs. 84. n. 7. Hinc si unicus testis adest, ei juramentum non remittendum, ne duo singularia concurrant, quod iūra non patiuntur L. I. C. de dot. promiss. quæ semper duo exorbitantia in unā re & eadem personā concurrentia, damnant. Bald. 2. Consil. 275. n. 9. vers. porro. Carpzov. Disput. de Inhibit. tb. 47. n. 63. Barbos. in loc. com. lib. 17. c. 35. axiom. 2. Si verò plures testes adsint, ex quorum summaria examinatione parafactum, ulteriori moræ non esse indulgendum, etiam si non juraverint, ad Decretum tamen perveniri potest; Quid hic non tam probationes ordinariæ juramento testium innixæ, juxta L. 9. C. de Testib. Sed nuda judicis informatio requiritur, utque ei aliqualiter saltem de juribus partium constet. Carpzov. d. Disput. & tb. n. 64. ubi plures Autores citat, & contraria Responsa allegat, Idem in Process. Tit. 23. art. 1. n. 36.

61 62 An autem juramentum calumniæ hīc necessarium? Resp. Cum juris Divini quodammodo sit, probante Menoch. A. J. Q. 20. n. 2. Et in omnibus causis præstandum, Vantius. de Nullitat. Process. n. 29. Nec ullo modo postquam petitum remitti possit, quia tum est de substantia Processus L. 2. § 4. ff. de jurej. propter calumn. ibique Magnif. Brunnem. Ideo etiam hīc præstandum postquam petitum Zanger. de Except. P. 1. c. 2. n. 20. Ne aliás alter recusanti, qui frivolè inde litigare præsumitur, Carpzov. in Process. Tit. II. art. 7. n. 11. condemnetur.

63 Exceptas tamen hīc volo eas personas, quibus in jure hoc jusjurandum remittitur, L. 24. § 4. ff. de jurejur. Dn. Brunnem. Comm. ad L. 16. ff. eod. Et hoc obtinet, si aliquis per Decretum Inter. jus quoddam vel provisionem sibi

64 interim assignari petat. Hīc Exceptio esse potest in Decreto pro possessione interim lato: Si enim de momentaneo possessorio, vel de aliquo in possessione defendendo, per Decretum manu-

manutenentia, quæratur; juramentum calumniae non exigendum, Gail, i. Obs. 6, n. 1. Talis enim manutentio datur etiam in-
justo possessori & Asinario, qui juramentum calumniae præstare
non posset, Ludov. Postius de manutent. Obs. 81, n. 23.

Sed an Exceptiones hic admittendæ? Resp. Quia ex- 65
ceptio ad defensionem Rei spectat, utique admittenda: Hinc
tam dilatoria, quam peremptoria hic non rejicienda, vid. Menob.
A. J. Q. lib. 2, cent. 1, cas. 52, n. 9. seqq. Modò appareat, non tam
differendi, quam defendendi animo opponi, Coler. de Aliment.
lib. 3, c. 10. Zang. de Except. lib. 1, c. 2, n. 17. sequ. quod arbitrio ju-
dicis relinquendum, quatenus admittendæ, & processus summa-
rius aliqualiter attemperandus, Garzov. Tit. I. art. 1. n. 32.

Numnè verò diebus feriatis hic procedi possit? Quod, si 66
necessitas, aut cause, puta alimentorum favor id exigat, affir-
mandum, Wames, vol. 1. conf. 76, n. 4. Gail, i. Obs. 53, n. 13. Coler. de
Alim. l. 3, c. 11, n. 1. seq. Aliás non; quia feriis solentibus renun-
ciari non potest, C. fin. X. de Feriis Zang. de Except. p. 1. c. 2, n. 27. seq.
Dn. Brunneman. Proc. Civ. c. 6, n. 21.

De publicatione attestationum & conclusione in causa non 67
maximoperè laborandum, inquirendo an necessaria sit: Cum
enim aliás processus sine ea sustineri possit, Vant. de nullit. sent. t.
ex defect. process. n. 40. quare hic requireretur in causis summariori;
ubi præjudicium illatum, emendari potest per processum
ordinarium causæ principalis. Zang. de Except. p. 1. c. 2, n. 37. seqq.
Dn. Brunneman. in Proc. Civ. t. 26, n. 2. Sic itaq; omnibus ante De-
creti interpositionem necessariis visis, ipsum Decretum 68
interimisticum jam publicatum considerandum. An Defi-
nitivæ, an Interlocutoriæ sententia vim habeat? Quod quamvis
ad effectum potius speget, cum tamen ad sequentium declara-
tionem faciat, hic præmitendum. Quod definitivæ vim 69
minimè habeat ex l. 1. f. de re judic. sat probatur; ubi per definiti-
vam principalis controversia finem accipit. Quod in Decreto
nostro sec9, hoc enim semper principale negotium decidendum
in judicio relinquit. Ac licet Accurs. & Br. ad l. 5, §. 10, verb. 70
sententia, de lib. agnosc. Pontian. de alim. c. 19, n. 2. Bart. de alim. n. 47.
putent, sententiam super alimentis latam esse definitivam. Et illi

- 71 quos allegat Carpzov. *Disput. de Inhib. th. 51, n. 103.* sententiam su-
per possessione latam, esse definitivam probent. Id tamen
intelligendum saltem putamus de ea sententia, per quam princi-
paliter petita alimenta, definitivè etiam adjudicantur, Coler. de
Alim. lib. 3, c. 14, n. 15. Et super possessione lata sententia catenus
definitiva est, quatenus aliás quilibet sententia interlocutoria
ex eo, quod punctum controversum plenè definiat, definitiva
dicitur, *Surd. Vol. 2, conf. 288, n. 22. Carpz. d. disp. & in Proc tit. 23,*
art. 1, n. 44, seqq. Quod in Decreto Interimistico interdum secus,
quando interū tantum alimenta decernit, etiam si principaliter
petita, ut supra dictum. Hinc tam hic, quid in aliis cau-
sis, in quibus fertur, interlocutoria sententiae vim semper habet,
quia non pendet ex hoc principalis causa decisio, sed ideo sal-
tem pronunciatur, ut eō expeditius definitiva sententia ferri pos-
sit. Nec hoc Decrerum ab aliis commodè distinguiri potest, quæ
semper interlocutoria sententiae æquiparantur, prout tradit
Moller, lib. 4. Semest. c. 1, n. 12, seqq.
- 72 Interlocutoriae itaque sententiae vim dum habet, facile
decidi potest, an ex breviculo recitandum sit hoc Decretum,
nam licet hoc in definitiva adeo necessarium, ut ejus omissio
nullitatem inducat *L. 1. ibi q. Dn. Brunneman. C. de sent. ex brevic.*
recit. Quoties enim, ut hic, lex non mandat tantum quid fieri,
sed & aliter fieri prohibet, actus in contrarium gestus ipso jure
nullus, *l. 5. C. de leg. Scacc. de sentent. gl. 12 n. 6.* Interlocutoria ta-
men, dum id non requirit, *l. fin. verb. ultimas definitiones C. d. t.*
nec Decretum Interimisticum id exigit; cum interlocutoriae
æquiparetur, & ea saltem requirat, quæ de jure Gentium neces-
saria, ut supra dictum. Quo jure quia recitatio ex breviculo
non necessaria, sed ea inventum *Juris Civ. l. 2. C. d. t.* cuius so-
lennitates in Decreto hoc non observantur, oretenus etiam pro-
ferri potest. *Coler. de Alim. lib. 3, c. 14, n. 9, seqq.* Jure Cononi-
co scripturam in causis summariorum necessariam, *Clem sive. 2. §.*
sententiam de V. S. & hoc usu observari tradit Zang. de Except. lib.
l. c. 2. num. fin. Sed quia discrepantia inter Jus Civile & Cano-
nicum non inducenda, nisi id verba directò inferant, potius ita
expli-

explicanda d. Clem. ut Juri Civili non contradicat, quod com-
modè fieri potest, si verba d. Clem. & prout magis placuerit, referan-
tur non ad subsequentia stans vel sedens, sed ad praecedentia in scri-
ptis; quod copula ET satis indicat, quæ verba prout magis placuerit.
prioribus annexit, ne si ad subsequentia referenda essent, super-
vacua forent, cum jam concessam optionem judicii iterum tribu-
erent. Nec etiam vero simile est, Papam qui solennitates juris
Civilis vel in totum remisit, vel certè restrinxit, voluisse ut præ-
cipue ex breviculo sententia pronunciaretur, sed potius hic juri
Civilis se accommodasse, & dum libellum scriptum non requisisi-
vit, nec in sententiæ pronunciatione judicem ad id constrin-
xisse. Confer. Menoch. A. J. Q. lib. 1, qu. 60. n. 5. Dum itaque in
summariis ubi sententia ferenda, non requiritur scriptura de jure
Canonico, Menoch. d. l, nec in Decreto Interimistico eodem jure
necessaria erit.

Quoniam autem tempore Decretum hoc interponi possit,
videndum. Et separandum id, quod de alimentis & litis im-
pensis decernit, ab eo, quod ob possessionem profertur. Illud
interponi potest tam ante quam post item contestatam, quia ali-
mentorum necessitas & causæ favor judicis officium nunquam
excludunt, Papon. lib. 18. tit. 1. Arrest. 3. Nam licet dilatoriae
exceptiones post item contestatam oppositæ, judicis disposi-
tioni & decisioni non subjaceant, Ord. cam. p. 3. tit. 24. si scil.
personas litigantes & judicem concernant, non vero causa ob-
stant, Sichard. L. 19. C. de probat. Dn. Brunneman, in proc. Civ. c. 7.
n. 25. quia tamen cause, in quibus Decretum Interimisticum
locum habet, non possunt referri ad dilatorias exceptiones, dum
hic ad tempus actio seu regula ab Actore proposita non limita-
tur seu excluditur, sed meritis cause in suo vigore reliquit, ideo
adducuntur, ut judex æquitate motus interim, dum ipsa causa
tractatur, provideat; per consequens litis contestatione mini-
mè pereunt, sed post illam judex super his decernere potest in
qualibet litis instantia.

Imò & in ipsa Appellatione hæc provisio concedi potest,
etiam si in primâ instantiâ non petita; quia in Appellatione licet
non-

nondum allegata allegare l. per hanc & C. de temp. Appell. & Appellatio reducit causam ad tempus litis contestatae, adeoque omnia, quæ post litem contestata in primâ instantiâ permissa erant, etiam in ipsa Appellatione permittenda sunt, Dn. Brunnem. in l. 13. C. de Procur. & Appellatio æquitatem, quæ hic utramque ferè paginam facere videtur, non excludit, nec inventa ad deprimendam justitiam, sed potius ad promovendam, b. 15. in fin. X. de Appell. Et hinc etiam in ipsa Appellationis instantiâ de alimento provisio facta legitur in l. 27. §. 3. ff. de inoff. test. Conf. Petr. Rebuff. de sent. prejud. in prefat. n. 25. seq.

Instantiam appellationis finitam subsequi debet executio sententiae, ne sententia similis sit campanæ, quæ caret pistillo 79 Moller. ad Const. Sax. p. 1. Const. 32. n. 2. Coler. de process. execut. in prefat. n. 4. & p. 3. c. 22 n. 168. An in hac etiam provisio de alimento & expensis fieri possit, queritur? Et quia defensio rei ad eodum privilegiata est, ut sine justitiae detrimento nec in ipsa executione denegari possit, cum juris naturæ sit l. 4. ad L. Aquil. L. 1. §. n. si quadr. paup. hinc multæ exceptiones ipsi executioni obstantes passim obviae, ut cedendarum actionum, Excussionis, implementi non secuti, Vid. Dn. Brunneman. in proc. Civ. c. 7. n. 26. seqq. Vincent. Caroc. integr. Tract. de Remed. contr. sent. prejudicial. compet. Hæc itaque exceptiones si altioris indaginis reperiantur, & nihilominus, quia interesse rei continent, admittendæ gl. & Bart. ad l. 13. §. 2. ad SC. Trebell. interim omnino provisio actori statuenda, quia hæc provisio favorabilis, & hic major ratio, quam in ipsa instantia prima aut secunda militat, cum jam pro se habeat sententiam, & sic per l. 27. §. 3. ff. de inoff. test. utique sollicitus esse debet judex, ne fame pereat antequam suum consequatur, Rebuff. de sent. prejud. in prefat. n. 28. Unde & ob hanc rationem Sententia definitiva provisionaliter interdum executioni mandari solet, Papon. de Arrest. Franc. lib. 18. Tit. 1. Arrest. 19. Sed quia instantiâ finitâ, finitur & judicis officium, l. 4. C. Depos. & judex post sententiam jam functus officio, & judex esse desinit l. 55. de re judic. Quis itaque judex competens erit ad decernendam hanc provisionem? Resp. Is cuius sententia executioni man-

mandatur, hæc enim officio judicis nobili peragitur, Bart. ad l.
4. n. 3. de Juridict. quod non finitur sententia pronuntiatione
Scacc. de sent. gl. 14. q. 11. n. 4. Dn. Branneman in proc. civ. c. 29. n. 8.
Sed definit demum finitam litem, Panorm. in c. 11. X. de Offic. Deleg.
qui parum vel nihil utilitatis sententia afferret, cuius Executio
non subsequeretur, c. 6. X. de sent. & rejudic. Moller, ad Conf. Elect.
7. n. 10. vers. sed ego. Carpz. in proc. tit. 6. Art. 3. n. 43. seqq.

81.

Quantum autem adjudicandum in causa alimentorum
& litis impensarum per Decretum Interimisticum, adhuc subjiciendum? Et Resp. Quamvis Boërius dec. 324. col. 2. putet quartam partem fructuum vel rei super qua litigatur, dandam esse ad alimenta & litis impensas arg. l. 3 ff. si pars hered. pet. qua Sententia Arrestis Galliæ quoque comprobata teste Papon. de Arrest. Franc. lib. 18. tit. 1. Arrest. 7. & 8. Cūm tamen pro conditione personæ
& circumstantia rei petitæ hic provisio concedenda, & ideo vix certi quid in thesi statui possit, melius arbitrio judicis id committitur. Covarruv. pract. qu. c. 6. n. 7. in fin. Textum enim d. L. 3. hoc
ineptè trahi dicit Bachov. in not. ad Papon. d. Arrest. 7. Et alias semper,
ubi certi quid non est determinatum in legibus, solemus arbitrio
judicis rem permittere, arg. l. 1. §. fin ff. de jure delib. ibid. Dn. Brun-
nen. Comm. ff. Et sic etiam in hoc casu, ut judex pro varietate ca-
suum & circumstantiarum rem definiat, passim receptum esse te-
statur Petr. Rebuff. de sent. præjud. in prefat. n. 29. & 30. Papon. d.
Tit. 1. Arrest. 9 ubi bene subjicit, judicem qualitatem partium
& dubietatem causæ attendere debere. Et sic id inspici saltem
solet, ut vivere agens, & bonorum sententiam prosequi posse,

82.

Rebuff. d. l. art. 1. gl. 2. n. 3. in fin. Hæc de Decreto super provisione interim proferendo.
Quid itaque jam, si super possessione interim decernere debeat,
dicendum, quoniam judicij tempore disponere possit judex?
Resp. regulariter ante item contestatam, non in aliâ judicij par-
te, post item enim contestatam nil innovandum. r. t. X. ut lit.
contest. nil innov. Gail. 1. off. 147. n. 2 sed possessor in suo jure ma-
nutenendus, nec ideo possessione desciendus, quod alter con-
troversiam movet; possessionis enim commoda, qua vide apud.

M

Andr.

*Andr. Cluden. rer. quotid. c. 1. Ludw. ad § 4. Inst. de Interd. nemini sine urgenti causa admittenda. Carpz. in proc. tit. 23. art. 2. n. 18. Pa-
83. norm. ad c. 2. n. 8. X. de dol. & cont. Ubi enim certus est possessor, provisio cessat. ¶ Vammes. cons. 251. n. 2. & Cent. 5. cons. 98. n. 1. & 24. Sed si fiat, & impediatur usus post quærelam alterius, hoc est in-
justum, & appellatio admittenda, Dn. Mev. p. 1. dec. 27. & p. 2.
Dec. 355. Si tamen lis aliter decidi nequeat, & æquale jus utri-
84. usque partis, & conditio possessoris suspecta id exigat, tum ut
supra dictum, res de qua controversia, sequestrari potest, quo ita
utriusque jura intacta serventur, non autem aliter, quam co-
gnitio bene negotio ex audientia partium. Panorm. ad l. Klock. Vol.
2. cons. 170. n. 26.*

CAP. IV.

De Effectu Decreti Interi- misticci.

S U M M A R I A.

Quare de effectu hic agatur,
n. 1. n. 2. seq.
Ex Decr. Int. oritur actio & excep- n. 3. *Nec potest exceptione rei semel judi-*
cate se tenere reus. n. 12. & 14. sq.
Et obligatio ex quasi contractu n. 4 n. 4. *Quenam requirantur, ut exceptio-*
Si non mutatum à judice, n. 5. an- n. 5. *rei jud. locum habeat. n. 13. sq.*
tequam partes approbaverint. Res judicata non potest opponi in iis,
n. 6. *que tempore mutantur. n. 17.*
Mutandum ergo Decr. Int. & ali- n. 7. seqq. *Provisionarius ad restitucionem non*
mentis detrahendum si patrimo- n. 8. *est obstrictus n. 18. seqq. ubi ra-*
nium decrescat. n. 7. seqq. *tiones*

Et augenda alimenta, si patrimo-

Pro-

- | | |
|---|---|
| Provisionarius liberè circa alimenta disponit. n. 25. | cause principalis n. 45. & 46. |
| Etiam ante solutionem. n. 26. 27. | An Decretum prejudicium afferat cause principali. n. 47. & seqq. |
| An itaque transigere possit de aliamentis. n. 28. | Decretum verum possessorem facit. n. 50. |
| Affirm. de præteriti temporis alimen-tis. n. 29. | Hinc Possessor ab onere probandi liberaatur. n. 51. |
| Et de futuris, si reddat conditionem meliorem. n. 30. Non verò si de-teriorem, n. 31. | Et fructus interim percipit. n. 52. |
| Etiam si non debeantur ex ultima voluntate. n. 32. 33. | Nec satis dare tenetur. n. 53. seq. |
| Si tamen transactio juramento fir-mata, jure Canon subsistit. n. 34. | Effectus possessionis remissive n. 55. |
| Modo non conjuncta sit cum periculo moris. n. 35. | Hi effectus obtinent etiam in Hispanorum INTERIM seu summariss. possessor. n. 56. 57. & 59. |
| Bartoli opinio contraria conciliatur n. 36. | Quare momentanea possessio dicatur n. 58. & parvi prejudicii. n. 60. |
| Alimentarius non potest cedere ali-menta. n. 37. | An acta in possessorio probent in pe-titorio. n. 61. 62. |
| ob ratione adductas. n. 38. seqq. | Per Decr. Int. possessor factus ad re-stitutionem obstrictus est n. 63 sq. |
| Ne quidem ita, ut commoditas ad aliun transeat. n. 41. seq. | Et ad resarcendum quod dolo n. 65. lata. n. 66. & Levi culpa damnum dedit. n. 67. |
| Quousq; duret proviso. n. 43. | Restituit etiam perceptos fructus n. 68. |
| An etiam in instantia appellationis. Non tamen alio modo, quam quo bon. fid. possessor. n. 69. | n. 44. |
| An eo etiam tempore, quo nondum In possessorio ordinario an fructus executioni mandata sententia restituuntur. n. 70. | executioni mandata sententia restituuntur. n. 70. |

Ita explicatis quæ ad modum & formam Decretum interponendi faciebant, de eo quod magis, quam ipse modus attenditur, nimirum Effectu, l. 3. C. de Instit. & substit. jam dicendum. Frustra enim operatio absolveretur nisi effectum adjungerem, hic enim in omnibus principaliter attenditur & consideratur. l. 104. de V.O. Dum autem cap. I. Decre- 2.

- etum definitum per sententiam interlocutoriam, & sententia jus faciat inter partes l. 25. ff. de stat. hom. l. 3. ff. de agnosc. lib. c. 13. & 19. X. de sent. & re judic. Decretum quoque partibus jus tribuet. Et æquè ex hoc, ac ex sententiâ, oritur actio & Exceptio l. 4. pr. & §. 1. l. 6. §. fin. ff. de re jud. Partes enim judicem adiisse videntur, non super principali tantum causâ, sed etiam puncto incidenti & dum hoc judici committunt, præsumptivè litigantes compromisso videntur, se impleturos, quod judex decreverit durante lite. Ex hoc itaque facto litigantium, & præsumto
3. consensu, oritur obligatio ex quasi contractu l. 3. §. 11. ff. de pecul. l. 3. pr. fin. C. de usur. reijudic. quæ dein producit actionem personalem. Donell. lib. 27. c. 3. Dn. Struv. adff. Exerc. 44. th. 14. in fin.
4. Sed tūm demūm jus facit & actionem producit, si à judice non sit revocatum, nam quia Decreta æquiparantur sententiæ interlocutoriæ, & species hujus sunt, idè quod judici permisum circa interlocutoriam, in his Decretis ei non denegandum. Ut itaque Interlocutoria nunquam transit in rem judicatam, sed semper mutari potest, & revocari quoties justa subest causa l. 14. ff. de rejudic. quia quoad hanc judex non est functus officio suo, Dn. Brunneman. in Proc. c. 17. n. 4. Sic quoque aliud non statuendum de Decretis, quæ inter partes dissentientes interim feruntur, Bart. ad. d. l. 14. n. 6. Moller. lib. 4. semestr. c. 1. n. 12. Dn. Mev. p. 2.
5. Decis. 374. Modo Decretum jam non sit approbatum à partibus, nam quia ita jus quæsitum ob conventionem partium. Decreto Interimistico accedentem, illud judex auferre non potest, Gail. 1. Obs. 114. n. 1. judex enim velle debet, quod partes volunt l. 1. §. 10. ff. de Nov. op. Nunc. quod autem partibus semel placuit, altera invitâ displicere non potest c. quod semel. 21. de R. J. in 6to. & sic nec judex revocare d. l. 1. §. 10. quem aliás non stringeret d. c. cùm ad interlocutorias non pertineat Dn. Brunneman. ad d. cap. in prelect. MSS. sed aliás ubi consensu partium non sunt corroborata, semper revocari possunt Seb. Medic. de Novat. p. 2. n. 54. fol. 94. Reyger. in Thes. Pract. Voc. Decretum n. 11.

Itaque

Itaque Decretum non adeò semper firmo stat pede, ut nullo modo moveri posset ac mutari. Sed interdum ipsa causæ mutationis, Decreti mutationem urget & promovet: Præcipue verò in causâ alimentorum; in his enim assignandis, licet quantitas patrimonii non præcisè inspiciatur, ut supra dictum, sed tantum ne egeat; quia tamen non omnino negligere potest patrimonii quantitatem, sed attendere debet, ne majora alimenta tribuat jūdex, quam Patrimonii vires patientur: Si itaq; hæ decreverint fortunæ impetu L.4. ff. de pecul. l.4. ff. ut in poss. legat. l.63. §.1. ff. de A. R. D. & alimenta huic varietati subjecta erunt. Ex 9. naturâ enim negotii videtur semper subesse conditio, rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus; ideo qualitate & statu negotii mutato, mutandus etiam effectus, & res judicanda secundum præsentem rei statum. *Salgado in Labyrinth. cred. p.1. c.25. n.21. seqq.* Sic in casu converso, si patrimonium auctum, postquam provisio adeò tenuis decreta, ex quo vix se sustentare possit, qui obtinuit, etiam provisio, aliqualiter considerata qualitate personæ, augenda; quod singulari decisione Rotæ confirmat *Salgado d. l. n. 50. seqq.* Interdum verò, licet auctum patrimonium minimè sit, si tamen persona alenda quid accidat, quod augendam provisionem velit, utiq; Decretum mutandum, & majora alimenta assignanda: Si itaque familia mutata propter suscepitos liberos, aut persona ob adversum valetudinis statum, ministerio servorum indigeat, aut alia justa causa emergat, ampliora alimenta utique decernenda, per L. feré l. jus alimentorum, 3. ff. ubi pup. educ. deb. *Salg ad. in Labyr. p.1. c.25. n.52. seqq. Angel. conf. 357. n.s.*

Sed quia dictum supra actionem competere & Exceptiōnem ex Decreto, nonne reus tutus erit exceptione rei judicatae, si denuo condemnari petatur ad majorem alimenti quantitatē præstandam? Certum quidem ex L.6. ff. de Exc. rei judic. singulis controversiis judicati unum finem sufficere, ne modus litium multiplicetur, sed exceptio rei judicatae producatur. Quia tamen hæc non potest opponi, nisi ob eandem rem, ex eadem causâ exdem personæ de novo in judicio experiantur L.3. & 4. l.12. & duab.

14. seqq. ff. de except. rei jud. Struv. ad ff. Ex. 46. th. 19. seqq. Verius est exceptionem non obstarere, quia illa tria requisita ad exceptionem fundandam adeo necessaria sunt, ut non subsistat uno deficiente per dd. LL. Job. Petr. Surdus cons. 165. n. 11. & cons. 173. n. 83. Vol. 2. & cons. 3 12. n. 1. vol. 3. Zang. de Except. p. 3. c. 17. n. 5.
15. Itaque dum hic alia causa petendi & condemnandi subest, nimirum augmentum p. trimonii, quod majora alimenta assignari posse arguit; Exceptio condemnationem novam non potest impedire. Et ita quoque in casu converso quia patrimonii decrementum nullo modo in totum patitur subsistere decretum, si de novo inquiratur & pronuncietur, exceptio minimè obstabit.
16. Cessat enim causa judicati, & sic non nocet Exceptio. Surd. Vol. 1. cons. 268. n. 28. & d. cons. 312. n. 21. seqq. vol. 3. Et per l. 9. in pr. ff. de Except. rei jud. nil impedit, quò minus illum, qui de novo aliquid possidere cœpit, possim convenire. Hinc enim justa causa subest, quæ recessum à dispositis licitum facit. Peregrin. de fidei-
17. comm. tit. 4. n. 58. Et alias non solet res judicata jus facere in iis, quæ tempore mutantur L. 10. §. 1. ff. qui satud. cog. l. 17. sq. ff. de except. rei jud. Res enim judicata in his quæ suā naturā mutationem recipiunt, nil operatur. Tiraqu. in tr. de causa cess. p. 1. n. 232. Salgad in Labyr. Cred. p. 1. c. 25. n. 26. Natta Cons. 525. n. 16. Petr. Surd. Deiij. 136. n. 20.
18. Sic itaque patet exceptionem rei judicatae non obesse, quò minus mutatā substanciali patrimonii. Decretum mutari possit, & reus quod adjudicatum, solvere teneatur: Qualem ergo effectum hæc solutio habeat, ulterius dispiciendum. Et non dubitandum, illum cui providetur, irrevocabiliter suum facere,
19. nec restituere necessum habere. Qui alter condemnatus præviā causæ cognitione, adeoque Decretum interpositum serdato juris ordine, hinc actori bonam fidem conciliavit L. 11. ibid. gl. & Bart. ff. de acquir. poss. Bonæ fidei possessio autem in judicis singularibus non solet restituere, quod consumptum L. 4. §. 2. ff. Fin. reg. S. si quis à non Domino 35. Inst. de R. D. Dn. Struv. Ex. 11. th. 23. adeoque nec alimentatus, quia dum hic lex non impedimento, sed adjumento est, bona fides ei id præstare debet, quod alius

aliis in consumtione Dominium p̄stat. L. 136. ff. de R. f. Afflīt.
Decis. 152. n. 4. Idque probatur ex l. i. §. 7. ff. simul ventr. nom &c.
ubi mulier ventris nomine in possessionem missa, alimenta non
restituit, nisi calumnia ejus probata; quam calumniam dum
in personis alimentatis decretum, præviā causæ cognitione in-
terpositum, facile excludit, quia legis autoritate nemo peccat,
nendum calumniam committit, C. qui peccat. 23. qu. 4. Surd. de
alim. tit. i. qu. 124. n. 9. verius est nullum provisionarium regu-
lariter ad restitutionem obstrictum esse; Quia rationes quæ pro
ventre misso, & non restituente, militant, etiam hic locum obti-
nent; nam & hic æquius est frustra impendia fieri, quam de-
negari alimenta ei, qui aliquo casu domino bonorum futurus est
L. i. §. 2. infin. ff. de ventr. in poss. mitt. Et licet adhuc incer-
tum quodammodo sit, dominum bonorum illum declaratum
iri; Satius tamen sub incerto eventu alere, & ratum habere 21.
quod impensum, quam fame necare L. i. §. 3. in fin. & §. 5. ff. eod.
Et ita sentiunt Boér. qu. 324. n. 4. Menoch. de presump. lib. i. c. 35. n. 36
Surd. de alim. tit. i. qu. 124. seq. & tir. 6. qu. 20. Coler. de alim. lib. 3. c. 5.
n. 14. & multis seqq. Hieronym. de martino in not. aur. ad Matth. de
Afflīt. Decis. 11. in fin. Et quia secundum Doctores donatio 22.
præsumitur, quando ex singulari affectione quid exhibitum.
Tiraqu. in l. si unquam. vers. libertū C. de revoc. Donat. Menoch. de
presumpt. lib. 3. presump. 124. & A. J. Q. cas. 88. autex commisera-
tione vel pietate quid præstatum. Bart. in l. que Doris 33. n. 7. ff.
solut matr. Tiraqu. in tr. de priv. pie. caus. priv. 7. col. 3. & de Nobilit.
c. 37. n. 47. Jacob. Fab. in tr. de alim. c. 12. §. sciendum. p. m. 234. Nullus
casu hic repetitio locum habebit ubi semper, uti ex c. 2. patet, vel
ex sanguinis charitate aut affectione, vel miserationis gratia
quid decernitur.

Insuper animo alium obligandi, hic solutio non sit, sed potius
suum quis gerere negotiū vult, & quasi obligationem ex judicato
natum distrahere, & sic actiones, quæ aliis pro repetitione com-
petenter, hic cessant. Nam nec actio negot. gest. datur, quia hic
proprium quasi negotium gessit, & ex officio & conditione suā
quid 23.
vix

- quid expendit, adeoque negot. gest. actione nil repetit. L.5. & 13.
C. de neg. gest. Bart. ad l. i. §. competit. in fin. ff. si mul. ventr. nom. in poss. mitt. Struv. Ex. 7. th. 54. Dn. Brunnem in quest. ad 2. VVesemb. de neg. gest. qu. 20. Nec condicō indebiti ei competit, qui non errore solvit, sed ideō quia scivit, Decreto judicis esse parendum, vid. l. 33. ff. de Condicō. Indeb. Surd. de Alim. tit. 6. qu. 6. n. 11. Covarr. præct. quest. c. 6. in fin. qui licet dicat d. c. n. 7. pro alimentatione datum repeti posse; Nihilominus in fin. d. c. frequentius esse asserit ob l. fin. C. d. Carbon. Edicō. quod alimenta pendente lite alii cui assignata non repetaur. De protestatione annexā di-
- 24** Atum jam super c. 3. Conf. Dn. Brunneman. in l. 13. C. de Neg. gest. Répetitio itaque ejus, quod ob provisionem alicui datum,
25 dum, ut ex dictis patet, denegatur; circa alimenta soluta libe-
rum disponendi jus competere alimentariis, neminem latere
potest. Ante solutionem verō, quodnam jus alimentario
competat, non ita expeditum est. Aliquale ei tribendum
omniō videtur, cum postquam judicatum interpositum, jus ad
26 rem ipsi quæ situm, nam rem habere videtur, dum actionem ad
illam persequendam habet l. 15. ff. de R. J. l. 143. ff. de V. S. Ratio
enim, quæ dictitat, minus esse habere actionem quam rem l. 204.
ff. de R. J. hic locum non habet; cum nec dubius litis eventus hic
obstare ob Decretum jam interpositū, nec Debitoris inopia hanc
actionem, ut in l. 6. ff. de Dol. mal. excludere possit, vid. Bronch. ad
R. J. d. l. 15. quia provisio pro facultatibus rei decernitur. Sic
ergo dum creditor respectu adjudicati dici potest, & id in ejus
bonis jam computetur l. 49. ff. de V. S. dispositio libera circa il-
27 lud ei non admenda, sed permittenda videtur juxta l. 21. C. Man.
dat. ne inhumanum videatur cogere aliquem de re suā quid non
facere l. 14. C. de contrah. emt. An itaque transfigere possit
28 de alimentis debitiss ex decreto, jam discutiendum? Ubi in an-
tecessum notandum, me non loqui de alimentis, quæ præterito
29 tempore forte non sunt præstata, nam dum vita aliunde susten-
tata est, se non amplius habent ut alimenta, adeoque transactio
permissa per l. 8. C. de Transact. Struv. Ex. 6. th. 58. Nec hic
30 sermonem esse de eā transactione, qua de futuris alimentis condi-
tio

tio alimentarii melior facta est, quæ similiter permitta est l. 8. §. 6.
ff. de Transact.

Sed quer: an transigendo de alimentis sine
permisso Prætoris, possit conditionem suam detersorem redde-
re? Et Negatur per l. 8. pr. ff. de Transact. ob favorem alimento-
rum, & ne iis transactione interceptis, alimentandus fame pe-
reat, aut mendicare teneatur, *Menoch. lib. 2. A. 1. Q. cas. 170. n. 5.*
Mantic. de tacit. convent. lib. 26. n. 3. tit. 9.

Et licet d. l. 8. §. 2.

31.
in fin. lo. quatur de alimentis ultimâ voluntate relictis, nil tamen
obstat, quó minus in casu quando pendente lite adjudicata sunt,
idem asseram. Duo enim conjunctim requirunt ad impedientiam
transactionem, favorem scil. alimentorum, & ultimarum vo-
luntatum, & unum sine altero impedimentum causari nolunt,
Menoch. d. 6. 170. n. 1. seqq. Borcholt. de transact. c. 3. n. 36. Coler. de alim.
l. 2. c. 8. n. 5. seqq. Ac licet hic ex ultimâ voluntate non de-
beantur; nulla tamen ratio in contrarium est, quin loco hujus
Decretum judicis substituatur, maximè, quia eadem rationes
militant, nam & Decretum hoc quatenus salutem hominum
promovet, favorable est, & Reipubl. interest, ut exitum habeat,
ideo idem jus etiam obtinebit per l. 32. ff. ad L. Aquil.

Si tameu juramento firmata esset transactio, utique subsi-
steret jure Canonico, quia juramentum etiam actus invalidos
firmat c. 2. X. de jurejur. in 6to. & servandum, ubi anima detri-
mentum non resistit c. 2. de Pact. in 6. *Surd. de alim. tit. 8. priv. 56.*
n. 42. seqq. Dn. Brunnem. in Comin. ad L. 8. ff. & C. de Pact. Nisi adeò
urgeret postea inopia & egestas, ut fame periret, si transactio fir-
ma permaneret, nam uti nemo obstrictus est ad servandum jus-
jurandum, quod periculum mortis affert, *Felin. in c. Ex rescripto.*
n. 12. X. de jur. Ita nec hanc transactionem observare tenetur.
Vital. in tr. clausul. vers. an possit renunciari alim. in pr. Surd. de alim.
tit. 8. priv. 56. n. 60. Covarruv. in c. quamvis p. 2. §. 6. n. 12. de pact.
in 6. Contrarium tenet Coler. de alim. lib. 2. c. 8. n. 25. seqq. Et
de hoc casu intelligendi sunt, qui in contrarium abeunt cum,

34.
Bart. add. l. 8. pr. in fin. de transact. quamvis hic ut contraria alle-
gans non audiri poterat c. 45. in fin. X. de Appell. gl. ad L. I. C. de
juri per l. 100. ff. de cond. & demonstr. *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præ-*

N sumt.

- sunt. 41. n. 2. vel ejus posterior sententia in l. si quis pro eo 56. n. 17.
de fidejuss. ut melior & tutior apprehendi. Vid. Zæs. ad ff. de Trans-
fæct. n. 19. quia juxta Ciceronem, cogitationes posteriores melio-
res & sapientiores prioribus, & eas corrigere solent arg. l fin. ff. de
 37. Const. Princ. Obrecht. ad l. 3. C. de prec. Imp. ff. Quod de
transactione dictum, ad aliam dispositionem quâ alimentis pri-
vari posset, similiter extendendum, in specie vero de Cessione
hic notandum. eam interdictam alimentario, quia jus percipi-
endi alimenta est personale quid, quale cedi non solet. Perr. Greg.
Tholos. lib. 25. Syntagm. c. 6. in pr. Cordub. à Lara in l. si quis à liberis.
n. 59. ff. de lib. agnosc. Deinde publica utilitas impedimento
 38. est huic cessioni, ne aliâs fame pereat, aut mendicare cogatur,
qui alimenta alterius exigentis utilitati commisit. Surd. de alim.
tit. 8. priv. 55 n. 10 in fin. Accedit quod alimentorum perceptio
 39. in facto consistat l. 10. ff. de cap. min. quæ autem talia, non pos-
sunt in aliud transferri c. fin. in fin. X. de Offic. jud. Deleg. Militat
 40. quoque regula DD. quod non potest transmitti ad heredes, id
nec cedi potest; maximè si personæ, ut tali, & ob qualitatem
ejus, concedatur, Dn. Brunneman. in tr. de cess. action. & versura
c. 4. n. 21. Dum ergo persona cohærent alimenta Bart in l cum titio.
55. n. 2. ad L. Falc. sub cessionem minimè cadunt Dn. Brunneman.
 d. Tr. c. 4. n. 26. Ne quidem ita ut ipso jure apud alimentari-
 41. um manente, commoditas alteri cedatur; Nam quamvis id
Cordub. à Lara in d.l. si quis à liberis §. parens. n. 73, exemplo eorum,
quæ de usufructu in §. 1. in fin. Inst. de Uſu & habit. proponuntur,
concedat; Quia tamè argumentum ab usufructu ad alimenta ob
plurimas differentias, quas vide apud Coler. de alim. lib. 2. c. ii. n. 6.
sq. admodum imbecille est, & alimenta potius convenient cum
nudo usu Coler. d.l. n. 14. itaq; ut non potest usus commoditas d. §.
1. Inst. de Uſu, ita nec alimentorum cedi, potissimum ob hanc ra-
tionem: Quia favor alimentorum, non admittit in præjudicium
 42. Reipubl. pravitorum contrariam dispositionem. Nam alias ra-
tiones, quæ ponuntur in incerta æstimatione alimentorum, &
quod alius alio plus indigeat, secundum Coler. de alim. lib. 2.
c. 8. n. 69. hic non attendo ob certitudinem ex Decreto, &
quod

quod cessionarius eodem jure utatur cum cedente l. 5. C. de hered.
vel act. vend. adeoque majora alimenta exigere nequeat, conf.
Surd. de alim. tit. 8. pr. 55. n. 7. seq. & n. 10. in fin. Tiller. in Appendic.
ad Papen. lib. 13. Tit. 1. Arrest. 3.

Sic itaque patet, quomodo ossibus ipsius provisionarii jus 43.
alimenta & litis impensas exigendi inhæreat, subjungendum
ergo quoque hoc jus competit: cuius decisio ex Decreti nostri
definitione desumi potest. Ex quâ appareat per Decretum Inter-
rimisticum, dum causa principalis in judicio fertitur, interim,
quid decerni, & sic suâ sponte sequitur, principali causa finita
finiri & provisionem, cum ad tempus concessa, eo lapso desinat
l. 27. §. 1. de pact. l. 8. ff. de postul. Barbos. in ax. lib. 3. c. 38. n. 15.
Causæ verò in judicium deductæ, quia per sententiam finis im-
ponitur l. 1. ff. de re jud. c. 2. X. eod. & illa, à qua appellatum, non
dum finit item, Jason. ad l. si fidejuss. §. 2. n. 23. qui satiad. cog. om-
nino etiam in instantia appellationis provisio continuanda, &
eousque donec ultima definitiva lata sit sententia, quod probat
l. 27. §. 3. ibi uig. ad finem litis ff. de inoff. test. Rebuss. de sent. provis.
art. 1. gl. 2. n. 17.

Sed quia de tempore antequam executioni 45.
sententia mandata, judicandum, an etiam in illo provisio ad-
huc concedenda? Resp. vel provisionarius vîctor extitit, & ad-
huc ei providendum, maximè cum lis non videatur finita, nisi
actor consecutus quod suum est, Bart. ad d. l. si fidejussor. §. 2. n. 3.
Surd. de alim. tit. 5. qv. 8. n. 5. Quanquam si postquam plenè fi-
nita lis, alimenta continentur, id non tam ex jure Decreti in-
terpositi, quâm cognitionis, aut alterius causæ, accidat. Conf.
quæ de executione ad finem cap. præced. dicta. Vel vîctus est, 46.
& quia tum de quasi possessione cognitionis, aut præsumto ju-
re, quod circa rem habebat dejectus est, nec ulterius ei providen-
dum, cessat enim tum causa, seu justa illa pro eo militans præ-
sumptio, ergo etiam effectus de novo produci non potest c. 60.
X. de Apell.

Dum itaque, sicut latius probatum, per provisionale De- 47.
cretum quasi possessio juris prætensi confirmatur, hoccine præ-
judicium afferit questioni principalis. Resp. quod non per ex-

pressum textum l. 5. §. 9. ff. de lib. agnosc. ubi dicitur per hoc non probari filium esse, sed tantum ali debere, quod ob paritatem rationis etiam ad alios casus extendendum. Nam provisio ideò decernitur, ne lite pendente quis fame pereat aut Respubl. membro privetur, quasi autem possessio juris prætensi per consequiam saltem in judicium venit, quatenus facit ad intentionem judicis fundandam. Dum itaq; sic non de jure pronuntiatur, sed tantum de alimentatione, hæc pronunciatio questioni principali neutrum præjudicium assert per ea, quæ in filiatione adducit Hieron. Cervall, in tr. de cognit per viam viol. p. 2. quest. 6.

49 n. 52. seq. Mafcard. de probat. concl. 794. n. 3. Et sententia super provisione lata semper conditionem in se habere videtur, donec in principali causa aliud apparuerit, adeoque huic non præjudicat, sed potius per hanc omnia interim gesta infirmantur.

50 Sufficiunt hæc de effectu, quem provisionarius sentit ex Decreto. Jam aggredior effectum, qui manet possessorem rei. Primarius itaque effectus, & quem potissimum intendere videtur Decretum, est ut possessorem verum efficiat interim, donec in principali lite aliud decidatur, Contard. ad l. un. in rubr. n. 11. 51 seq. C. si de moment. possess. appell. Hinc ab eñere probandi liberatur possessor, quod in actorem transfertur l. 14. ff. & l. 15. C. de probat. & ob hanc causam secundario Decretum interponitur, ut nimirum constet, quis in ordinario actoris partes sustinere debat, dum possessio produxit in rem actionem passivam l. un. C. de alien. jud. mut. causa fact. ibi q. Dn Brunneman. Ideoque si deinde Actor probandum non prober, secundum possessorem pronunciandum §. retrinende 4. Inst. de Interdict. qui ut reus semper absolvendus, actore non probante l. ult. C. de R. V. l. qui accusare 4. C. de Edend. l. 25. de jure fisci cap. cum Ecclesia. 3. in fin. X. de causa poss. & propriet. Deinde etiam hic possessor fructus consequitur arg. §. si quin. 35. inst. de R. D. cum ejus possessio injusta dici nequeat per l. just. 11. ff. de Acquir. poss. maximè quia firmior est possessio, quæ à judge datur; quam quæ à privato, L. pen. §. ult. ibi q. Gloss. ff. de Acquir. poss. C. af. Contard. ad rubric. n. 59. C. si de mom. poss. adeoque decisio d. §. 35. in eo locum inveniet, sive

52 sing.



sint fructus rei corporalis sive incorporalis seu juris, ob rationis identitatem.

Sulet etiam alijs effectus & commodum possessionis in eo 53.
consistere, quod si sit retum immobilium, liberet ob onere sa-
tisdatonis l. sciendum 15. qui satid. cog. Anne idem dicendum
de possessore ex Decreto nostro, quod nimurum & ī pendente
lite à satisdatione immunis, si ab alio conveniatur ? Et dicen-
dum quod sic, quia verum est illum possidere, nec ad rem perti-
net, quod ab eo tractu temporis auferri possit, prout deciditur
in d. l. 15 §. 6. Carpz. p. i. const. 5. D. 15. Et cūm alijs qui actio. 54.
nem realem habet, Dn. Brunneman, Comm. Pandect. ad d. l. 15. n. 3.
ad rem immobilem, ab onere satisdationis immunis sit, Gail. 2.
Obs. II. n. 10. ob rationem l. 143. ff. de V. S. & l. 152. ff. de A R. D. Carpz.
in Proces. tit. 9. art. 5. n. 115. seqq. utique immunis erit, qui rem im-
mobilem jam ex Decreto judicis possidet. Actio enim ideò rele-
vat à probatione, quia per eam rei immobilis possessionem con-
sequi possum; ergo possessio magis relevabit, propter quod enim
unumquodque tale, illud magis erit tale auth. multò magis C. de
SS. Eccles. De cuius regulæ limitationibus vid. Barbos. locupletat.
lib. 18. t. 3. an. 3. Alios effectus ex possessione orientes, quos 55.
partim etiam Decretum interimisticum gignit, videri possunt,
apud Ludov. Gilhaus in arb. judic. p. 7. c. 6. §. 172 per tot. Menoch.
lib. 6. presumt. 69. per tot.

Hæc quidem indubitate sunt de ordinario possessorio, 56.
quod alias quoque summarium vocant. Sed an idem obtineat
in summarissimo seu IN T E R I M Hisp. norum propterea du-
bium est, quia sententia in summarissimo lata parvi seu modici
præjudicij esse dicitur G. il. 1. Obs. 7. n. 6 Andr. Cluden. Sylog. rer. quo-
tid. c. 4 n. 46. Ergo nec effectus antea enumeratos habere debebit. 57.
Sed contrarium verius puto, quia etiam designatus interim pos-
sessor, verus possessor est, Cæsar. Contard. ad rubr. C. si de moment.
possess. n. u. seqq. Et quamvis momentanea possessio dicatur 58.
in L. un. C. d. t. hoc tamen non inde fit, quasi parvi momenti
questio sit, vel quæ brevi apud possessorem duratura ; sed pro-
pterea, quia hæc possessio est aliquis momenti, seu ponderis,

N 3

quod

quod pluribus probat Job. Yannez. Parlador. Rer. Quotid. lib. 1. c. 9.
n. 6. Vel etiam momentanea dicitur, quia celeriter quæstio de ea

59 decidenda Carpzov. in Proc. Tit. 23. art. 1. n. 55. Hinc commo-

d. possessionis nec hoc casu deneganda ei, qui interim in posses-

60 sione defendantur, Carpzov. d. l. n. 52. Quando itaque dicitur ta-

le Decretum alteri parti, quo minus in Ordinario possessorio

antiquorem vel justiorem suam possessionem deducere, & ita

possessorem interi in constitutum, iterum expellere possit.

61 Et hac occasione quæritur: An acta in judicio possesso-

rio probent in petitório? Quam quæstionem affirmat Carpzov.

Jprud. For. P. 1. C. 16. D. 22. quia acta in uno judicio etiam in

alio fidem merentur; Sed cum possessorum petitorio præjudi-

care non debeat, nec acta possessorii attendenda in petitorio

62. Joseph. Masiard, de probat. concl. 33. n. 32. Utramque tamen sen-

tentiam optimè conciliat Magnif. Du. Brunneman in Comment. C.

ad L. 5. §. 2. de Recept. arbitr. An scilicet acta priora nudam pos-

sessionem concernant; An vero simul etiam proprietatem, vel

Dominium per indirectum; ut hoc respectu etiam fidem in pe-

titorio facere possint, non illo. Sed quod supra dictum de non

restituendo acceptum per provisionem, an etiam id hic locum

habet? Resp. nullo modo, nam uti possessor tenebatur cavere,

de restituendo in casum succumbentiae possessionem: Ita illa

cautio effectum sortiri debet, ut postquam in puncto principalí

aliud apparuit, restituat, quod in illum translatum; adeoque

possessionem non tantum vacuum relinquere tenterit actori, sed

63 etiam præstare cum omni causa. Eò enim tendit præstata

cautio, ut finita lite principalí rem consequatur non deteriorem,

quam tempore interpositi Decreti fuit. Hinc si bonam fidem in

ad ministrando tacitè promissam præstare neglexerit, actori ad

interesse condemnandus veniet.

64 65 Hujus verò interesse nomine quidnam præstare teneatur,

hic commodè quæritur? Et ante omnia resarciet actori, si dolo

fecerit, quo minus possessio salva & integra ad eum pervenire

potuerit. In omni enim dispositione dolus censetur exclusus,

L. 60.

L. 60 §. 4. ff. Mandati. & l. 12. ff. que in fraud. credit. ne itaque ex dolo suo lucretur l. 12. ff. de dol. & doli præmium consequatur contra l. ita denum. 31. ff. de Arbitr. decepto subveniendum l. 2. §. 3. ff. ad SC. Vellej. ne aliâs actionem pro Dolo per Decretum judex exclusisse videatur, contra arg. l. 30. pr. ff. d.t. Et quia hic 66.
versamur nec in criminali, nec famosi causâ, sed tantum civili,
ubilata culpa dolus est. L. quod Nerva. 52. ff. Deposit. l. 21. 6. ff. de
V. S. Dn. Struv. S. J. C. D. 19. tb. 21. Hahn ad π. VVefenb de his qui not.
infam. n. 3. & ad t. de J. & F. ign. n. 3. inf. p. m. 79. ideo & quæ conde-
mnandas, si latâ culpâ admisit quicquam, quâm si dolo,

De levi culpâ admissâ resarcendo quod similiter obstri- 67
ctus sit, non dubito, dum enim culpa levis est, qua quis id non
declinat circa res alienas, quod ut bonus paterfamilias in rebus
suis facere aut declinare solet Struv. S. J. C. Ex. 19. tb. 23 in fin. hanc
culpam evitandam videtur promissâ cavendo; Licet enim ali-
quod jus circa rem ipsi competat, adeoque negligentior existere
possit, interposita tamen cautio hanc negligentiam non admit-
tit, sed instar venditoris, qui adhuc dominus est, § 3. in fin. Inst.
de Empt. & vend. & tamen levem culpam regulariter præstat l. 35.
§. 4. de contrah. Empt. cum obligat.

Hæc de ipsius possessionis restitutione. Dum autem, ut 68
supra dictum, possessionis beneficio fructus percipiebat, Anne
hos restituat, subjungendum? Et quia Decreti limites restrin-
guntur usque ad sententiam definitivam, si hic succumbat ad re-
stitutionem obstrictus est, VVimes cent. 3. conf. 46. n. 10. Quos-
nam vero restituat; non ita expeditum, nisi dicatur cum Rebuff
ad Const. regn. Gall. p. 3. tr. de fruct. & eor. restit. art. 1. gl. 1 n. 35.
in possessoris circa fructuum restitutionem nil immutatum esse,
adeoque ex communī doctrinā de fructibus restituendis deci-
dendum. Hinc, quia bona fidei possessor supra æquiparatus, 69.
non aliter quam ille ad restituendum obligatus. Et ante li-
tem contestatam in causâ principali, perceptus fructus suos fa-
cit, nisi agatur judicio universali, ubi tenetur, in quantum locu-
pletior factus, Dn. Struv. ad ff. Exerc. 11. tb. 23. post item vero
contestatam, quia Scientia probabilis rem esse alterius superven-
nits

nit, omnes fructus restituere tenetur l. 48. §. 1. ff. de A. R. D. l. 22. C. de R. V. Dn. Brunneman. in proc. civ. c. 14. n. 21. Quod si tamen præter malam fidem ex litis contestatione causatam, male fundatum jus etiam aliunde appareret, tunc fructus etiam ante petitionem vel litem contestatam percepti restituendi forent. Lüdov. Post. Tr. de Manuten. Obserr. 74. n. 8 in fin.

70 Hæc autem quæ de fructuum restitutione dicta, obtinent in possessorio summarissimo. Alia ratio est, si quis in possessorio ordinario obtinuerit; nam tali casu, etiam si possessor in petitio riori succumbat, fructus perceptos tamen restituere non tenetur Gail. lib. 1. Obs. 63. n. fin. & quos ibi citat, ut & Berlich. Part. I. Dec. 7. n. 3. Et hoc pacto horum Dd. sententiam explicandam esse monet Magnif. Dn. Brunneman. Comment. Pandect. ad l. 2. ff. de Usur. n. 3. Quanquam si de malâ fide postea aliunde satis appearat, vix à fructuum restitutione immunis videatur.

C A P . V. D E C O N T R A R I I S.

S U M A R I A.

O	Rdinis rato n. 1.	Ne quidem quo ad effectum devolutivum Reformare, quid significet in l. un. C. si de Mom. possessi n. 2.
	Decr. Int. per quod præviso alicui facta, appellatione non suspenditur. n. 2. & seqq.	Opinio Contraria de appellationis devolutivo effectu conciliatur n. 13.
	Sive præviso fiat jure actionis sive officio judicis. n. 5.	Contraria hæc opinio ex C. Theod. probari videtur n. 14.
	An Appellatio à Decreto admittenda, quoad effectum devolutivum. n. 6.	Appellatio à possessione interim adjudicata nec jure Can. admittenda. n. 15. seqq.
	An jure Canon. appellatio permitta n. 7.	Etiam si appellatum judex nihilominus
	An aliquis ad effectum devolutivum appellare possit, si interim velut præstare alimenta. n. 8.	Decr. Int. executioni mandare potest, n. 18.
A	Decreto per quod possessio alicui adju dicata appellari non potest n. 9. seqq.	Nisi à Superiore inhibitio facta. n. 10.
		Nulli-

- Nullitas quomodo & quando alleganda, Argumentum ab appellatione ad supplicationem hic valit, n. 32.
 aut introducenda, n. 20.
 An Nullitas Decreto Int. opponi possit, Revisio non conceditur contra Decr. Int.
 n. 21. & 23.
 Ab appellatione remotâ non concluden- n. 33.
 dum ad alia remedia contra sententi-
 am, n. 22.
 Quot modis nullitas committatur remis- Nec Leuteratio admittitur n. 34.
 sive, n. 24.
 Nullitas optimè deducitur coram Superi- Argumentum ab appellatione ad Lente-
 ore, n. 25. rationem firmum est, n. 35.
 Nullitatis deductione non impedit executio- An remediu supplicationis, in Ducatu
 nem n. 26. & seqq.
 Nisi irretracibilis sit, n. 29.
 Num Supplicatio contrarietur Decreto Restitutio in integrum an detur contra
 Int. n. 30. seq.
 Decr. Int. n. 37.
 Restitutio in integrum in quibusdam locis
 ordinarium est remedium, n. 38.

Hactenus, quæ ad effectum potissimum 10
 spectabant, explicatis, restat, ut ea quæ contraria sunt Decreto
 Interimisti co quoque subjungamus, utpote postremo loco tra-
 standa, Colleg. Argentorat. in prefat. tom. I. fac. pr. f. 5. Contra-
 ria autem, per que Remedia contra Decret. Int. Competentia hoc loco intel-
 ligit, dum melius patescere vix possunt, quam ex inductione eorum, quæ sen-
 tientiam alias destruere aut impediare solent, quia Decretum quoad pronun-
 ciationem & condemnationem sententiam in plerisque imitatur; Ide-
 que primò de Appellacione videndum, an ea suspendat Decretum Interimisticum, per quod provisio alicui facta? Et Resp. quod non; quia ut su-
 pradicatum, hoc Decretum naturam interlocutoriæ sententiaz habet, ab In-
 terloutoria autem non solet appellari, peri communem D. opinione m. ns.
 gravamen irreparabile continet 1. a. ff. de Apell. rec. bel non quod cum per 20
 Decretum non inferatur, consequenter nec appellatio locum habebit.

Probat hoc L. 17. 5. ff. de inoff. testam. ubi provisio conceditur post inter-
 positam appellationem. Ergo si ante decretam, appellatione non suspenditur:
 si enim hoc, non concedetur de novo postquam appellatum. Deinde 40
 hoc confirmatur L. si res dilationem. 7. ibique Bart. ff. de appell. recip bel non.
 ubi appellatio non admittitur, si res dilationem non recipit; si autem non
 admittitur, non potest suspensivum effectum producere in iis causis, quæ
 mora non patiuntur: inter quas provisio primum obtinet locum, ob vita per-
 siculum, ut supra probatum per L. necare, 4 ff. de lib. agnosc. Sursum de aliis.
 illi, l. qd. 120. n. 13 seqq. Conf. Dn. Mel. p. 2. D. 23. & p. 3. D. 376. Nec 50
 O distingendum

distinguendum puto, an alimenta jure actionis, an officio judicis assignata; *Vid. Surd. d. L. t. 8. pri⁹. 60. n. 22.* quia hic semper ex officio judicis alimenta decernuntur, & illa distinctio Doctorum alias improbatur, quia etiam ibi, ubi officio judicis alimenta debentur, res dilationem vix recipit, adeoque appellatio *juxta d. l. fin. ff. de appell. recip. rejicienda Coler. de alim. lib. 3. c. 15. n. 3. Dn. Brunnem. in Proc. civ. c. 28. n. 17. Matth. de Afflct. Decif. 15. n. 3.*

Sed quia hoc dictum de effectu appellationis suspensivo, quid de altero effectu æquè principali, nimirum devolutivo c. 10. X. de Appell. sentendum, An non quoad hunc appellatio admittenda? Et similiter respondendum, quod non: Appellatio enim hic ab Interlocutoria interponitur, quæ autem talis, tum demum effectum devolutivum causæ principialis nanciscitur, si reformata, *Hahn. ad VVesib. de Appell. n. 10. Gail. prolix. 1. Obf. 13. n. 1. seqq.* hæc autem reformari nequit, nisi mediante definitiva, per ea quæ ante dicta, ergo nec effectum devolutivum producere, quoad definitiva nondum secuta sententia, & per appellationem devoluta.

Ab hoc autem jure Civ. dum jus Canon. secessum fecit, quod à quilibet interlocutoria abmittit appellationem, per c. 12 X de Appell. Anne eodem jure à nostro Decreto licet, appellare? Resp. Neg. licet enim gravamen aliquod sub sit, quia tamen jure Canon. scandalum modis omnibus prohibetur, & animarum salus promovetur, non putandum appellationem ob alimenta adjudicata admittendam, & ita quoque concludit *Csf. Contard. ad L. un. C. si de mom. possess. app. lvn. 3. ratione juris Can. n. 54. p. m. 281.* maximè quia secundum *Zes. ad Decret. de Appell. n. 13. Et Scacc. de sent. gl. 14. qd. 2. 4. n. 54. in med. p. m. 593.* per Concilium Trident. appellationis licentia ita restricta, ut tum demum locum habeat, quando irreparabile gravamen per interlocutoriam illatum. Sit tamen utroque jure quis tantum appellare vellet ad effectum devolutivum, & interim praestare alimenta, admittunt appellationem *Surd. de. alim. tit. 8. pri⁹. 60. n. 17. Dn. Brunneman. in Proc. Civ. c. 28. n. 17.* Sed quia loqui videntur de illo casu, ubi alimeh-

8. ta definitiva ad iudicata; non autem in casu ubi interim saltem decreta, id est nec etenim per superioris adducta, appellatio Interimisticæ contrariatur.

9. Sed quod hic decisum in causa alimentorum, an etiam locum habet in Decreto, quod de possessione decernit interim, ut nec hoc per appellationem remoram patiatur? Et affirmandum, nam quando in possessorio appellationem concedunt, de eo loquuntur, per quod definitivè de possessione deciditur, prout viderit sentire *Gail. 1. Obf. 147. n. 9. Hahn. ad VVesib. de Appell. n. 8.* Dum autem per Decreto nostrum interim saltem disponitur, ut supra dictum, appellatio quoque ut ab interlocutoria, prohibita erit *VVesib. de Appell. n. 8.* Et ita in Cause à observari testatur *Gail. 1. obf. 7. n. fin. Mynsing. cert. 8. Obf. 13.* Et si appellatio admittetur, Decretri qualitas mutaretur, quæ est ut citio litem finias *Clem. sapientia V. S.* Et quia De-

creti

creti huius hæc natura, ut non mutet statum causa, sed exceptions integras in principali causa servet, *VVameſ. Cent. 3, cons. 29, n. 2. Nehizan. Cons. 81 n. 3, in fin. Appellantis desiderio ut frivolo utique non est deferendum. Carpz. diff. de Inhib. tb. 52, n. 130.* Nam gravamen verum vix docebit, postquam ei permisum omnia jura sua deducere in lite principali, adeoque dum exclusus non est jure suo, frustra appellationem petit. *Math. Coler. de proc. Execut. p. 1. c. 2, n. 276. Carpz. p. 3, Dec. 238, n. 14, seq.* Et sic de effectu suspensivo appellationis communiter concludunt, illum non produci in Possessorio momentaneo per d. l. un. C. si de mon. poss. appell., ibid. Dn Brunneman. Joh. Baptista à Villalobos Commn. opin. lit. A. M. 131. Quod enim beneficio celeritatis inventum, non subdi debet tarditatis injuria L. 22, C. Theod. quor. appell. non recip.

De effectu vero devolutivo ferè omnes Contrarium tuerunt per I. B. v. fin. d. L. un. vid. quos allegat. Carpz. lib. I. Resp. 13, n. 6. Quæ tamen ipsa verba, an firmiter probent devolutivum effectum, dubitare quis non frustra posset. Siquidem si *Accurs. & Godofr. ad d. L. credendum, agitur ibi de possessione ablata aut turbata, & illa ita reformari i.e. restitui aut tradi man-* 12. *datur, ut integra proprietatis causa serverur. Quod itaque de reformatio-* dicatur, non ad secundam instantiam trahendum, sed de ipso possessorio judicio intelligendum, & hunc verbi reformatio intellectum probat L. i. in fin. C. se per sim. vel alio modo. Et ita videtur ferè hoc verbum explicare Cef. Contard. in Com. ad. d. l. un. C. si de mon. poss. app. S. notabilia n. 29, seqq. p. m. 96. Et ad d. l. s. Intellectus. n. 4. p. m. 33. multis autoritatibus confirmat communem opinionem, nec suspensivum, nec devolutivum effectum admittentem. Et hanc sententiam communem & magis communem testatur Andr. Rauchb. p. 2. qu. 6. num. 8. Vid. Carpz. P. 1. C. 19. Def. 24. n. 2. Et deinde illi ipsi Doctores 13. Contrarium statuentes, de possessorio ordinario videntur loqui, quod ex eo facile deducitur, dum etiam effectum suspensivum concedunt si probatio in petitorio foret difficultis, & sic sententia in possessorio traheret secum effectum perpetuum. Vid. alleg. à Dn. Brunneman. in Proc. civ. c. 28. n. 14. Id tamen adhuc subiectum est: si Codicem Theodosianum consulamus, probabilem esse illorum Doctorum opinionem, qui in d. L. un. tantum effectum suspensivum non devolutivum prohiberi sustinuerint. Nonanter tamen dicitur in L. un. C. Theod. si de momento fuer. appellat. & si appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia fortior effectum, atq. ita demum ad nostram scientiam referatur. quæ ultima verba in Codice Justiniano non habeantur, haud obscurè tamen inferunt, saltem executionem sententiae non suspendendam esse per appellationem interpositam, facta vero executione, causam nihilominus ad Superiorum devolvi, quod intelligo per verba: ad nostram scientiam debolii. Sed hæc obiter.

Et hæc de jure Civili ita se habent, numne jure Can. appellatione à Decreto Interimistico super possessioſ admissit? Resp. sicut jure Can. admittant 14. + \$

- tant appellationem in possessorio Neguzant. de pignor. p. 8. m. 1. n. 3. Carpz. Decis. 28. num. 3. seq. & sic hic differentiam constituant inter jus Civil' & Canon. non. Rittersb. de differ. lib. t. c. 25. Quia tamen jus Canon. quando concedit appellationem, loquitur de possessorio ordinario, non vero ubi interim saltem disponitur. Et à gravamine sententia interlocutoria appellari quidem, permittebitur, non tamen ibi ubi scandalum induceretur per appellationem, quod cum hic fieret, ut scil. rixæ, jurgia et metus armorum evitentur Ludob. Poßt. de. Manuten. Obs. 106. n. 13. Ideo nec appellatione Jure Canon. admittenda, Menoch. rem ret. poss. ult. n. 49. Et sic semper à Rotâ observatum probat Poßtius d. Obf' n. 8.
17. & appellatione ob imminens periculum semper etiam jure Canon. rejicienda affirmat in hoc casu per can. Ei qui. §. de possessione. caus. 2. q. 6. Contard. ad d. l. un. lim. 3. ratione juris Canon. n. 54. Et hinc nec in Gallia à Decreto Recredentiae appellari potest teste Paul. Christin. Decis. Belgic. Vol. 6. Decis. 91. n. 19.
18. Appellatione itaque cessante tam super alimentis, quam possessione Decreto interim assignata, nec judicis ad quem inhibitus executione sententia removabitur; Cessante enim suspensivo appellationis effectu, omnia illa, quæ hunc subsequi solent, viribus destituta necessum est. Nec potest Executio revocari praetextu attentatorum, quia appellatio erat prohibita; Ergo Jure facta executio, & injuria non illata L. 13. 8. 1. de injur. nec attentatorum nomen meretur, quod Jure factum. Afflit. Decis. 151. n. 3. Job. Baptif. Pontan. de alim. c. 19. n. 5. Lancell. de attent. p. 1. c. 12. lim. 25. in pr. L icer enim appellatio interposita, id tamē frusta factum, adeoque attentasse hoc in casu iudex dici nequit. Cf. Contard. in d. l. un. qu. 4. n. 11. et q. 5. n. 14. Rol. à Valle cons. 77. n. 20. sq. lib. 2. Petr. Surd. de alim. tit. 8. prib. 10. n. 11. Si tamē Princeps superior inhibitio- nem decerneret, & necessitas adeo stringens non adesset, utique acquiescendū esset judicci à quo, ut de Rotâ inhibente ex aliis concludit Contard. d. quis. n. 14.
20. Sed hæc de ipsa appellatione, cum qua quia hodie conjungi solet, imò conjugenda semper nullitas per ord. Cam. p. 3. tit. 34. et per Novissimum Recessum Imperii intra decendum quoque alleganda, quæ olim 30. annos durabat L. 3. C. de praefr. 30. ann. Carpz. p. 1. C. 26. D. 21. n. 9. ibid. allegati. Dn. Brunnum. in Proc. c. 28. n. 108. ubi exceptions subjunctione, et quomodo introducenda tradit. n. 109. nisi sit insanabilis. Quær. An idem dicendum sit, quod de appellatione, nimurum quod nec ipsa Decreto Interimisticō opponi possit? Et sine habitatione respondendum, quod nullitas admittenda sit, quia separata sunt remedia contra sententiam competentia, adeoque & determinationem separatam habere debent L. 10. C. de Don. inter Vir. & ux. Hinc licet appellatio remota, non tamen inferendum ad nullitatem, cum ea semper opponi possit per cap. inter ceteras. g. X. de sent. & re iudic. ibid. Panorm. n. 4. Gail. I. Obs. 135. n. 4. quia appellationis prohibitio quatenus speciem defensionis sapit, est odiosa, adeoque non extendenda L. 19. ff. de liber. & poßb. hinc quo- tescunque appellatio prohibita reperitur, alia tamen juris remedia non cen- tentur

Sententia exclusa, per communem opinionem, quam refert Vant. de Nullit. s.
qui possunt dic. de Null. n. 13. Hinc non tantum in quolibet Summario
judicio, & in specie in postfitorio summariis Nullitatis oppositionem con- 23.
cedunt Vant. d. l. n. 34. Gail. 1. Obs. 135. n. 5. Postius de Mandat. Manuten. Obs.
107. n. 1. 5. & passim Mebus p. 2. D. 353. sed dum cuiuslibet eriam inter locutoriaz
sententia illam objiciunt, Vid Dn. Brunem. in proc. Cib. c. 28. n. 112. Decrero
etiam Interimistico obstat, sive super alimentis sive possessione interposi-
tum sit. Contard. ad d. l. un. C. si de mom. poss. lim. 7. ratione. nullitat. n. 56. seqq. 24.
Quod modis autem nullitas committatur, vel à Judicie incompetente, con-
demnante super non petitis, nec observatis substantialibus, vel alio modo,
quia integrum tractatum desiderat, hic explanare supersedeo. Sid. Sebas. Vant.
in tr. de Nullit. process. per tot. Post. de Manuten. in Obs. 107. passim. Zanger. de Ex-
cept. lib. 3. c. 26. n. 67. seqq. Carpz. in proc. tit. 19. art. 3. n. 1. Deducit qui- 25.
dem nullitas posset coram Judice qui decretivit, dum ejus officium nondum fi-
nitum, & dum interlocutoriam, modo supra relato, semper mutare valet
Dn. Brunnem. in proc. cib. c. 28. n. 112. quia tamen errorem suum non facile
agnoscere solent illi, qui deliberata mente quid peregerunt, nec Judices nul-
litate corrigeret, aut si ex malitia vel injury provoceretur, proprie turpitudinis
vel malitiae cognitores existere, Perez. in tit. C. quando prob. nos est nec. idem co-
ram Superiori nullitas deduci potest. Trentacing. lib. 2. tit. de judic. resol. II. n. 12.
Vibius lib. 1. dec. 53. n. 8. & hoc usum ac mores magis approbasse testatur Gail.
1. Obs. 137. n. 6.

Sed hæc nullitatis deductio, executionem Decreti remoratur 26.
neutiquam, dum enim hic speciale quicquam definitum non reperitur,
nec ex sanis rationibus aliud elici potest, in communis nullitatis natura subsi-
stendum, quæ retrahere quidem, non tamen impedire executionem potest.
Clem. I. de sent. & re iud. Gail. d. l. in fin. Berlich p. 1. concl. II. n. 11. Carpz. p.
I. C. 16. D. 22. n. 1. seq quia impropriæ & putativæ, usque dum nullitas intenten-
tur & declaretur, Judicatum subsistere videtur & eatenius, retrahi dicitur. 27.
Carpz. in proc. tit. 19. art. 3. n. 4. Insuper hic specialis favor concurrit illius, cui 28.
Decrto Inter. provisum, unde tamdiu pro Decreto illo presumendum, &
pronunciandum quod Decretum intrin vires habeat, donec de nullitate
confitet, argumento eorum quæ in simili fere habent Anton. Faber. Codic. Sa-
band. lib. 2. tit. 30. defin. 1. Carpz. lib. 2. Reffons. 94. n. 13. Unde & si alias super
sententiaz nullitate disputetur, pendente lite per provisionem executioni
mandatur Papo. de Arrest. Franc. lib. 18. tit. I. Arrest. 31. Nisi tamen executio
esset irretractabilis, & nullitas in continenti probari posset Carpz. d. l. n. 3. 29.
sq. Brunem. in Proc. Cib. c. 28. n. 111. sq. Irretractabile autem damnum, & non
reparabile quodnam dicatur hic, vid apud Cas. Contard. ad sepius alleg. l. un.
C. si de mom. poss. appell. quest. 10. per tot.

His de nullitate dictis jam sub jungendum tertium alias contra sententiam 30.
competentes

competens remedium, nimirum Supplicatio, Quare, igitur nomine hac contrarietur Decreto Interimistico? Et Rcp. licet alias admittatur, contra sententiam à quā ob eminentiā personae apelatio non admittitur *L.un. C.de sent.*

13. *Praefeti, Prator. l.s. & Aut. sq. C. de prec. Imp. off. adeoq; ethic interdū concedendam concludi posset. Nihilominus quia denegatur, ubi ex natura causa appellatio prohibita* *Trentacing. lib. i. tit. de Appell. resol. n. 4. Hiling. in Donell. lib. 28. 6. lit. 7. Dn. Brunn. in Proc. c. 18. n. 114.* *Lequitur, per ea quae supra de appellatio ne dicta sunt, quod nauta huic Decreti ita comparata, sit ut per supplicationē*

12. *mutari non possit, & ejus Executio imperitri. Ac licet diversa remedia sint, nec ab uno ad aliud concludendum, sed rejecta appellatione supplicatio nihilominus permittenda* *Menoch. rem. 4. adip. poss. n. 902.* id tamen saltem verum, ubi propter excellentiam personae appellatio prohibita. *Contard. d.l. qu. 8. n. 10.* ubi enim ratione cause idem decidiunt fundamentum appellatiō nem prohibet, ob publicam utilitatem, & ne lites præter necessitatem multiplicentur, concludi potest ad supplicationem, quia eadem ratio semper identi-
j us in aliis constituere solet *L. 32 ff. ad L. Aquil. Confer. de supplicatione rejici-
enda Menoch. rem. ret. poss. ult. n. 53. Post. de Mand. Manuten. Obs. 106. n. 74.*

13. Idem quod de supplicatione, dictum de quarto remedio contra sententiā, nimirum Revisione sentiendum, quia enim nec hæc locum habet, nisi ubi ex natura causa appellatio admittitur *Dn. Brunn. in Proc. c. 18. n. 119.* Illa autem dum hic appellationem excludit, ut supra dictum, Et Revisio alias concedi non solet à sententia interlocutoria *Job. Ludo. Bender. de Revis. Act. or. Concl. 38. n. 33. Gail. 1. Obs. 155. n. 5.* Decretum autem Interlocutoria sententia est, ideo nec revisio contrariari ei potest.

Sed quid dicendum de Leuteratione, remedio in foro Sax. contra senten-
tiam usitatissimo, dum ea à qualibet interlocutoria conceditur, & effectum
suspensivū fortitur *Carpz. Proc. tit. 17. art. 1. n. 11. seq. & artic. seq. passim.* Num-
ne interpolita Decretio obstabit? Resp. quod non. Nam dum causa propter
quam Decretum intervenit ita comparata, ut celerem requirat expeditio-
nem; quia alias in mora esset periculum, & sic non suspendenda *L. fin. ff. de
Apell. rec. maximè quia eadem est natura leuterationis & appellacionis quo-
ad effectum suspensivum,* *Pruckm. Vol. 1. Conf. 33. n. 26. Carpz. in Proc. tit. 17.
art. 4. n. 3.* dum illa introducta ad imitationem appellacionis ab inter-

34. locutoria de Jure Canon. & ab una aliam licet argumentari *Carpz. d. 1. n. 2.* Hinc uti appellatio à nostro Decreto non permitteatur per superius adducta,

35. *36.* ita nec Leuteratio. Vid. *Carpz. d. 1. n. 16. usq. ad n. 24.* Et in *Juripr. for. p. 1. C. 19. D. 24. n. 16.* Idem dicendum de Remedio Supplicationis in Ducatu Brunsvicensi & Luneburgensi usitato. Postquam enim jus Saxonicum hic ex plotum, & ad jus civile redditum, leuteratio simul ab usu fori recessit, nisi quod adhuc in civitate Brunsvicensi retenta fuerit; Loco leuterationis tamen reme-
diū supplicationis receptum, ita quidem, ut hanc supplicationem ob quod-
vis

vis gravamen interponere liceat, etiam si sententia saltem interlocutoria fuerit. Verum cum quoad effectum suspensivum cum appellatione, & leuteratione conveniat, dubium non est, quin contra Decretum Interimisticum locum habeat.

De Restitutione in integrum remedio, quod aliás tam ma-^{37.}
joribus quam minoribus datur contra sententiam Dn. Brummeman.
in Proc. c. 28. n. 129. minus sumus solliciti. Nam quia extraordinarium remedium est juxta omnes, ideo hic locum non habebit,
quia si in aliquo se gravatum sentiat, contra quem pronuntiatur, id emandari petere potest in processu cause principalis, ut sic remedium extraordinarium non possim admittere contra De-
cretum, quo usque ordinarium processus remedium superest, &
communi jure quis tutus per l. 6 ff. Minor. quam egregie explicata proponit Dn. Brummeman. in Commen. ff. ad d.l. 16. Et quam ^{38.}
vis in aliquibus locis remedium restitutionis in integrum ordinarium sententias impugnandi remedium sit, ut in Pomeraniā
notum Dn. Brummem. in Proc. Civ. c. 28. n. 129. attamen dum appella-
tio & Leuteratio hic locum non habet; nec restitutio in inte-
grum obtinebit.

Sed jam vela contrahens, à Te L. B. subnixe
peto, si humani quid subinde passus, humanitate
tua me excuses; Si minus polite plurima tradidi,
prudentia tua, illa benebole interpreteris. Mate-
riæ prolixitas, prolixum & me esse jussit; Omnia
prout fas erat prosequi, & huc trahere, nec tem-
poris ratio nec Disputationis leges promiserunt.
Ad eadem principia omnia revocare, casuum di-
versitas prohibuit. Quare si passim parum con-
cise scripsisse videar, à Tua benevolentia, cui
me totum committo, veniam merebor. Zoi-
lum ne allocutione dignum censeo. Tibi vero
Clemen-

Clementissime Deus, pro gratosissima studiorum benedictione, & omnigena prosperitate devota mente gratias ago, supplex orans, conatus meos ulterius commendatos habeas, ut INTERIM in Tui nominis gloriam & proximi emolumentum vergant, quoad omnium humanarum mearum actionem beatus immineat

F I N I S.




94 A 7361



Vd 17

40





12

J E H O V A D I R I G E N T E !
DISPUTATIO INAUGURALIS.
D E
DECRETO
INTERIMISTICO,
N O S T R I S
Interims-Mittet.
Q U A M
AMPLISSIMA FACULTATE JURIDICA
CONCEDENTE,
P R Ä S I D E
EJUSDEM FACULTATIS DECANO
Dn. SAMUELE STRYKIO,
INSTIT. IMPERIAL. PROFESS. ORDINAR.
FRATRE SUO GERMANO.
PRO SUMMIS IN UTROq. JURE HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
OBTINENDIS
IPSIIS IDIB. MARTII. A. O. R. M. DC. LXX
HORIS ANTE-ET POMERIDIANIS
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
FRIDERICUS STRYKIUS,
LENZENS. MARCH.
FRANCOFURTI PRÄLO FRIDRICI Eichorn.

(17.)